TRACTATVS LOCATI ET CONDVCTI:

IN QVO

De Pensionibus, Fructibus, Caducitatibus, Remissionibus, Salarijs & similibus, Noua, quotidiana, & practicabilis materia pertractatur.

D. VINCENTIO CAROCIO TVDERTINO, IVR. C. CLARISS. Auctore.

Cum Indice locupletissimo.

Cum priuilegio Summi Pontificis, Senatus Veneti, ac aliorum Principum.



VENETIIS, M D LXXXIIII.
Apud Lucianum Pasinum, & Marcum Amadorum, socios.

ADMODVM

ILLVSTRI ET REVER.^MO

IO. PETRO GHISLERIO.

Lucianus Pasinus, S. D.

CVM superioribus diebus, Io. Petre Ghislerij vir amplissime, ab Excellētissimo Iurisconsulto, Vincentio Caroccio Locati, & Conducti tractationem, ab eo conscriptam, acceperim, cumq; ego illam typis mandare decreuerim, rem me non ingratam facturum putaui, quin potius (ut uerius dicam) summã me ab omnibus iuris studiosis gratiam initurum confisus sum; cum ab Io. Paulo Lancelotto, quem tu nosti, quique omnium instar esse potest, probata fuerit, ipsiusque iudicio, aliorumque magnam sit tum uoluptatem, tum utilitatem allatura. quarum alteram inde certe afferet, quod nemo est (quod ego sciam) qui ante hac materiam istam tractarit, homines autem rebus nouis mirifice oblectãtur: alteram uero, quod hæc materia, tum in foro Seculari, tum Ecclesiastico frequentissimo in vsu uersatur: cum nihil sit adeo profanum, aut Ecclesiasticum, quod non ad modicum, uel ad longum tempus locetur; sæpissimeq; inobseruantias, caducitates, aliaq; huius generis in locationibus contingant. ob eam quoq; causam non mediocrem afferet utilitatem,

propterea quod hæc materia tam late patet, ut nulla iuris materia sit, in qua Locatio, & Conductio non locum habeat. Et idcirco ad hanc tractationem iuris utriusque tituli traducti sunt. ipse uero auctor facili quadam methodo, ac distincta usus est, totamque tractationem tripliciter diuisit, tribus temporibus consideratis, Ante locationem, pendente locatione, & post locationem, quæ omnia, ut dicebam, dilucide ac perspicue tractat, communesq; opiniones, cum res ita poscit, testatur, subtiliores quasdam disputationes omittens. Hoc autem opus, vir Clarissime, tibi dicare consti tui, cui maxime mihi conuenire uidetur. in eo enim ea tractantur, quæ tu sæpissime tractasti, dum, uniuerso populo plaudente, Perusiam, Vmbriamq; gubernasti. cuius quidem tēporis, prudentissimæq; administrationis nulla umquam homines captura est obliuio. iustitiam enim tanta cū æquitate coniunctam, vultuq; adeo placido unicuique reddidisti, ut ijdem illi, qui condemnarentur, hilares atque contenti abs te discederent. Sed malo nostro fato factum est, ut haud sane diu tam felici statu frueremur. nam cum uix dum annuum munus impleuisses, Gregorius XIII. P. OP. M. te Romandiolæ præfecit. quam quidem prouinciam ita gessisti, ut per quatuor continentes annos prorogata tibi fuerit. Hilari igitur fronte, quali me ipsum excipere solitus es, hosce fructus ingenij eruditissimi Caroccij accipere ne graueris, sub tuoq; nomine, & patrocinio non inuitus exire in conspectum hominum patiaris. si enim hoc munus acceptum tibi fuisse cognouero, numquam me, uel hac una de causa hanc curam suscepisse pœnitebit. Vale, ac mei sis memor, qui te amore, atque obseruantia singulari prosequor. faxit autem Deus, ut quantum uirtute ceteris anteis, tantum dignitate, honorisq; gradu antecellas.

CANDIDO LECTORI.

LOCATI materia, atque conducti quàm ſit frequens, utilis, & neceſſaria, facillime deducitur: de ipſa enim Iuriſconſulti in ſuis Digeſtorum libris, Imperatores in Conſtitutionibus, & Summi Pontifices in Decretalibus tractare propoſuerunt, & tractarunt. Idque rerum magiſtra experientia docet, cum nulla ferè occurrat dies, in qua uel de ſalarijs, penſionibus, fructibus, & ſimilibus ad locationem pertinentibus in foro verſantibus diſputare non oporteat. De ea igitur tractare propoſui, non quidem plene, & ad ſaturitatem, cum eò tenues ingenij mei vires aſcendere non poſſint, ſed aliquid attingere, ita ut ſi omnia adamuſſim poſita, & digeſta non reperies, non damnes quæſo, ſed inuentionem laudes; non enim infructuoſas materias, & inutiles tibi propono, ex quibus tot libri referti ſunt, ſed practicabilem, delectabilem, & quod magis intereſt,

tereſt, lucri plenam. Diuidam igitur in tria tempora, ſcilicet, Ante locationem, in quo quid ſit, quo iure ſit inuenta, cuius naturæ ſit, de perſonis locare, vel conducere valentibus, vel non, de rebus locari prohibitis, vel non, attingitur. Pendente locatione, in quo de pactis locationi appoſitis, & alijs accidentibus locationis, & conductionis in eſſe deductis tractatur. Poſt locationem, vbi de renouatione, fructuum diuiſione, compenſationibus, & ſimilibus diſputatur. Accipe igitur, candide Lector, intentionem, foue inuentioni, conſule imperfectioni, & hilari fronte datum, hilari fronte ſuſcipe.

NICOLAVS DEPONTE,
Dei gratia Dux Venetiarum, &c.

Vniuersis, & singulis Rectoribus, Potestatibus, Capitaneis, cæterisq; Ministris, & Repræsentantibus nostris, necnon Magistratibus, & Officialibus huius vrbis nostræ Venetiarum, tam præsentibus, quam futuris. Significamus, hodie in Senatu nostro captum fuisse, ut infra, videlicet. Che sia concesso à Luciano Pasini, Marco Amador, & compagni, per auttorità di questo Conseglio, che per il spatio di anni vinti, altri che essi, ò chi hauerà causa da loro, non possi stampar, nè altroue stampati vender in tutto'l Dominio nostro la Prattica ciuil dell'Auditor della Camera di D. Sallustio Tiberio da Corneto. Li due Trattati de restitutione in integrum di D. Sforza Oddo Perugino, & il Trattato di D. Vicenzo Carocio Locati, & Conducti. Sotto pena di perder le opere stampate, & di ducati 300. da esser diuisi, vn terzo all'accusator, vn terzo all'Arsenal nostro, & vn terzo al Magistrato, che farà l'essecutione. essendo obligati ad osseruar quanto è disposto per le leggi nostre in materia di stampe. Quare, auctoritate supradicti Senatus, mandamus vobis, vt prædictam partem obseruetis, atque ab omnibus inuiolabiliter obseruari faciatis. Datæ in Nostro Duc. Pal. Die XV. Oct. Ind. XII. M D L X X X I I I.

Laurentius Massa, Secr.

VIRGINI DEIPARAE,
Vincentius Carocius Auctor.

NON ego mundanis, quorum sub nomine gaudent
Scriptores alij, scribere Principibus;
Sed Cœli Regina tibi, tibi candida Virgo,
Summa Dei, hoc minimum dedico, Mater, opus.
Nam, quis perpetuos vnquam queat edere libros
Te meliore Dea? Te potiore Duce?
Ergo tibi hoc vni vitæ, Dea maxima, nostræ,
Aeternumq; tuo nomine viuat opus.

D. POMPEII BONALINGVAE, I. C. TVDERTINI.
Carmen.

Ad Auctorem.

VT de Conducto tractares, deq; Locato
Inter scribentes, Vnicus ipse Patres:
Quis te conduxit, Vincenti? fama, Locauit
Quis Titulum? Tituli, Quotidianus Honor.

Index Titulorum.

A

B

C

D

E

Exten-

I

L

M

N

O

P

Tribu-

Finis Indicis Titulorum.

Index Materierum.

A

B

b Boues

vt-

eum

c Con-

Con-

uel

D

E

F

G

H

L

Loca-

M

N

O

Ope-

Præsi-

S

Singu-

T

V

Verba

Finis Indicis Materierum.

TRACTATVS VINCENTII CAROCII TVDERTINI.

Locati, & Conducti, Pars Prima.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio est de iuregentiũ.*
2 *Pecunia est de substantia locationis.*
3 *Pecunia fuit reperta post ius gentium, vbi de communi.*
4 *Contractus locationis ex postfacto vsu gentium dicitur esse iuris gentium. Similiter pecuniæ vsus. ibidem.*
5 *Intellectus ad §. ius autem ciuile, & l. omnes populi ff. de iust. & iure.*
6 *Locatio an sit cum merces non consistat in pecunia, sed in specie aliqua.*
7 *Libellus in quo dicitur fuisse locatum fundum pro certa quantitate frumenti sustinetur.*

TITVLVS PRIMVS.

De Iure naturali, gentium, & ciuili.

QVAERO primo loco de origine locationis, & sic quo iure introducta sit locatio, & conductio. Et vti-
1 que, † indubitati iuris est de iure gẽtium l. ex hoc iure. ff.
2 de iusti. & iure. l. 1. ff. hoc tit. † Et si dicatur pecunia vti merces est de substantia locationis, quæ multos post annos
3 fuit reperta post ius gentium. † Plin. li. 33. ca. 1. Polid. de inuen. rerum li. 2. c. 20. Geor. Agricol. li. 1. de præc. metall. & monet. late Cel. Rhodi. antiq. lec. cap. v. lib. 5. Eutrop. lib. 2. Ro. Histor. Macrob. lib. 1. Satur. ca. 7.

Vnde Ouid lib. j. Metamorfos. *Describens priorem ætatem, deinde in deteriorem.* Inquit.

Effodiuntur opes irritamenta malorũ,
Lucret. lib. 5.
Posterius res inuenta est, aurumque repertum.

Et ex nostratibus iuris interpretibus tradit late Tiraquell. de Retrac. lignaier. §. 1. glo. 20. num. 9. Afflic. in 3. feud. titul. quæ sint regal. §. monet. Stephan. Forcat. in Neciomã. iur. dialog. 48. Fran. Connan. lib. 7. c. 5. Couarru. in libell. numismat. cap. 1. in princip. Vnde postea factum est vt facultas cudendi monetam soli Principi competat. Bart. in l. 1. C. de veter. nu. lib. 10. cuius opinio * communiter approbatur. Soarez. in suo Thesau. recept. senten. littera. M. num. 191.

Respõdet q̃ a principio suæ creationis huiusmodi cõtractus non erat adeo solẽnis prout postea, pecunia in metallis reperta, & signata, & cum post pecuniam ęre signatam talis contractus ab omnib. gentilib. receptus, & practicatus sit, & pecunię signatę vsus, & lo-
4 cationis † cõtractus, iure optimo iuris gentium dici possunt. ita sentit Bart.

ad l.1.ff.de contrah. empt. sequuntur
Angel. Alb. & alii ad d. l.ex hoc iure,
vbi Ias.num. 22. Alciat.ad l. prope-
modum.num. 2.ff.de verb.significat.
Hotoman.in suo coment. verb.iu. in
verbo Naturalia,ver. Tertius modus.
Aldobr.ad 9.Ex hoc iure instit.de iure
nat. gent. & ciuil. Anto. Burgos in
rubr.de empt.& vendit.num.12.Ari-
Pinell.de rescind.vendit. rubr.part. j.
cap.j.num.8.post longum discursum.
qui licet à Barto.opinione ad allega-
tam . l. j. ff. de contrahen. emptio.
in aliquo dissentire videatur. sequi-
tur tamen ex vsu postea recepto eius-
dem opinionem. Vnde ex prædictis
more logicorum sic qui videtur vnum
correlarium. Quod si quid non ab ini-
tio cum primis hominibus, sed post
ciuiles leges conditas fuerit per om-
nes gentes communiter receptum,&
approbatum.Ius gentium recte appel
lari potest,ad intellectum §. Ius autē
ciuile. vers. quod vero, instit. de iure
naturali,gent.& ciuil & ad l. omnes
populi.ff de iustit.& iure.

Sed pone quod merces non consi-
stit in pecunia numerata,sed in alia re
puta frumēto,vino,oleo:erit locatio.
Distingui solet in hoc.aut est facta cō
cessio p nomina quotę vt tertia, quar
ta &c.& est societas.l. vis maior.§.si
merces.ff.locat.l.cum duobus.§ si in
cocúda.ff.pro soc.aut per certam mē-
suram,ut decē corbes frumenti ,& est
contractus innominatus,& agitur præ
script. ver.l.si rem ff de præscr. verb.
not.in l. si olei. C. locat. vbi Barto.in
fert in facto , in practica obtinuisse
quod libellus sustinetur si contra co-
lonum agendo dicatur locasse sibi
fundum pro certa quantitate frumen-
ti: sequitur Fab.de Mont. de empt. &
vendit.in 2.q principal.nu.29.

SVMMARIVM.

1 *Locationis Diffinitio.*

QVAERO quid sit locatio
& conductio? Iacob. Cu-
iacc.in sua paratitla.in ti-
tu.de loca.sic diffinit.
conuentio nuda faciendi fruendiue ali
quid certa mercede. Hotoman.in Co
ment.verb.iur.in verb. locatio.sic dif
finit.est contractus bonę fidei de re ali
qua certa mercede,vel facienda vel ad
tempus vtenda inter quos iure ciuili li
cet,factus.ego autem putaui sic diffi-
nire.est contractus bonę fidei vltro ci-
troque obligatorius qui consensu, re,
& certa mercede perficitur. quorum
verborum veritas & explanatio cōstat
ex sequentibus de natur. de substant.
& de similitud.locat.& quod sit vltro
citroque obligatorius facit l.Labeo.§.
contractum ff.de verb signif.l.si vt cer
to.§.nunc videndū ff.commodat.Rol.
cons. 9.nu.4.vol.4. Bero. cons.144.
vol.1.

Locatoris & conductoris verba bi
fariam vsurpantur in rebus vtendis,&
operibus faciendis,locare namque est
vtendum vel faciendum aliquid dare
conducere est rem utendam,vel facien
dam accipere.conductor qui domum
vtendam , accepit, locator qui dedit.
sed in opere faciendo communis est
vtriusque vis & significatio, nā quate
nus suam operam vendunt locatores
dicuntur. vnde locare operas vulgo di
cimus quatenus opus faciendum susci
piunt conductores.l.22.§ 1.& §.cum
insulā.l.36.& l.5 .ff.loca.l. 37.ff.de
aur.& argent.legat.l.2.C.loca.l.27.ff.
ad

ad l. aquil l. si vero. §. idem erit. ff de his qui deiecer. vbi cenacularius idest cenaculi locator & conductor. Decis. Peru. 84. p. 2. l. 44. ff de fideius. Conductor operis. i. redemptor. Hotom. in verbo conductor operis l. in naue Sau feli ff. loc. ibi argentũ pusillatũ. alii pastillatũ, vide Gof. in verbo argentũ purũ circa mediũ l. sed addes. §. illum nobis. ff. loca. de troclea, vid. Goff. in verbo Artemon. l. ex conducto. §. 1 ff. locat. de Auena Goff. in verbo Auena.

SVMMARIUM.

1 *Ad substantiam locationis tria requiruntur, merces, consensus, & res.*
2 *Locatio simpliciter facta sine expressione alicuius mercedis intelligitur secundum solitum, vbi de communi.*
3 *Quando solitum est indifferens intelligitur de vltimo, vbi de communi.*
4 *Princeps concedendo officium secundũ salarium consuetum, quod fuit varium, intelligitur de vltimo prout habuit prædecessor.*
5 *Conducens famulum negociorum gestorem vel factorem nulla facta mentione salarij, nunquid debeatur? considerantur plures casus.*
6 *Practica articulandi salarium consuetum pro famulo vel factore.*
7 *Famulus conductus arbitrio domini intelligitur arbitrio boni viri.*
8 *Famulus, vel alius conductus pro certo salario post spatium aliquod simpliciter recõductus intelligitur pro primo salario. vbi de communi.*
9 *Locatio facta in modica mercede non valet, & est ad instar donationis.*
10 *Limita duobus modis.*
11 *Locatio vt vere dicatur, tria necessario requiruntur: pecunia numerata, factum locabile. & persona solita locari.*
12 *Limita in locatione personali, secus si locetur vsus rei.*
13 *Concedens habitationem pro certa pecunia erit propria locatio.*
14 *Obligans rem pro aliquo pro certa pecunia non dicitur locatio.*
15 *Locatio an requirat scripturam.*
16 *Quid si fiat pactum.*

Substantia locationis Tit.

VIDIMVS de patre, & causa efficienti locationis, & conductionis, videamus de membris substantialibus, componentibus hanc creaturam Iuris gentium, quæ est locatio, & conductio.

Quæro igitur secundo loco principaliter quæ requirantur ad substan-
1 tiam huius contractus? Tria, Res, quę locatur, Merces, & consensus, vt patet instit. eod. in princip. & ff. eod. l. j. & 2. & Cephal. consi. 6. : 6. num. 58. vol. 5. Et circa mercedem quæro. Pone quod sit facta locatio simpliciter, nulla facta mentione alicuius mercedis. Vt si in instrumento dicatur. Petrus locat domum, vel fundum suũ. Valebit ne hæc locatio? Hanc quęstionem mouit glos. in l. excepto. C. eodem, & videbatur dicendum eam non valere, quia sine mercede sicut venditio sine pretio est inualida. §. pretiũ instit. de empt. & vendit. contrarium determinat ibi glos. quia intelligitur
2 facta de eo, † quod solitum erat locari, & ibi glos. illam vti singularem, & notatu dignam laudant Angel. & Salicet. sequitur, & summopere commendat Paul. Castren. ad l. 1. §. siquis ser-

nũ.nu.4.ff.deposit. Ias.in l. certi con dictio.§.si nummos nu. 11. ff. si cert. pet.ad l.vt liberis.num.8.C.de collat. Alex.consi.107.nu.1.lib.2. Gomes. in lib.de contract.c.2.nu.9 in fine,&c.
* 3.nu.4.& hæc est communis *opinio vt testatur Anton.Gabriel.li.6.de cõ-suet concl.1.nu.4.Soarez litera.C.in verbo cõductio num. 191. Stracch.de mercat.in ti.de nauibus,ĩ 3.parte.n.10.

Sed quid si consuetudo sit indiffe-
3 rens & varia? Vtique † vltimum con-suetum attenditur. Bald.in l.binos,cir ca finem.C.de aduoc.diuers.iudic.per notata per Bar.ad l.Mela §.1.ff. de ali ment.& cibar.legat.quod valde com-mendat Ias.ad l. diem functo,numero 16.ff.de offic.asses licet aliquantulum dubitet. Alexand.cons.5.col.2.vol.5. Cap.decis 16. nume 3. Euerar in lo-co à solitis,nume. 8. vbi reputat hoc di ctum Bart.valde notabile. Corn.cõsi. 58.in hac constit.in fin.vol.3. Aret.in §.ex non scripto in fine institu. de iure nat. gent.& ciuil Afflict. decis. 226. Ptolem.in repet.l.admonendi.nume-ro 108.ff.de iureiuran. Roland. con-silio 69. in fine vol. 2. Marsil. singul. 4 5. Dec. in l.semper in stipulationi-bus nu.9.ff.de reg.iur.& hæc est cõis
* *opinio. teste Pau.Cast.ad l.1.nu.4. C.quom.& quã.iud.Rocch.de Curt. in rubr.de consue.q.5. Inferentes po-
4 stea ex hoc † quod si princeps cõcedat officium vni & in literis patentibus di catur secundum salarium consuetum, si salarium officij sit varium retroactis temporibus, intelligitur de vltimo si-cut habuit prædecessor suus.

Sed hic quæro vlterius, conduxi fa mulum in domum simpliciter, vel ne-gociorum meorum gestorem, vel vt di citur factorem, nulla facta mentione alicuius salarij, nunquid videbitur? Di gnus enim est mercennarius mercede sua inquit dominus. Qua in re confu-sioni occurrendo cõsiderandi sunt duo
5 casus. † Primus quando famulus, vel similis persona consueuit locare ope-ras suas, & Dominus conducere, tunc Dominus tenetur ad eam summam, qua esset alios cõducturus vel aliis de-dit. Bartol.in l.1.§.ludi.ff. de var. & extraord. cognit. vbi pondera Bartol. considerantẽ famulum tãtum solitum locare, Archi.1.quæst.1.sunt nonnul li.Feder.de sen.consi.218. in fine. An gelic.in verbo familia.nume.10. Secũ dus est casus quando non constat ta-lem solitum locare operas suas, & tũc nullum debetur salarium etiã officio iudicis, sed simpliciter victum, & ve-stitum habere debet.ita tradit Castrẽs. in consil.155.in 5.parte. Alexan.con-sil.109.vol.6.Roman.consi 440.nu-
6 mero 2. Et scias in † practica, & in artĩ culis, & interrogatorijs deducere mo-dum. Deduces enim ad fauorem petẽ tis salarium. Qualiter iste est solitus inseruire varijs, & diuersis personis à quibus habuit & recepit pro salario tot. vt te monet Castrens. in allegato consil. Et si hoc facere non valeas. Re curras ad generalem consuetudinem, & loci obseruantiam, ecõtra etiam pro reo conuento considera, si tuus princi-palis reperisset alium valde amicum, qui tale seruitium præstitisset gratis & absque præmio loquendo cum Alc. in aliquo negociatore. Itẽ ꝙ talis aduer-sarius inseruiuit alijs multis nullo sibi pstito salario. Itẽꝙ est valde amicus. Potest etiam esse quod frater rei con-uenti recepisset in domum aliquem fa mulum præter voluntatem eius vt cõ siderat Castrẽs. vbi supra, & laudabile

erit

erit iudicibus habere ante oculos equitatem, Bald consi. 155. in 5. par. quod cōsiderare debemus qualitatē psonæ, cuius sit industriæ, & peritiæ, & si est pauper non habens vnde viuat nisi de proprio sudore, sequitur Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratr. in 6. part. num. 26. in fine.

Sed quid dicemus, famulus est conductus sub mercede taxanda arbitrio
7 Domini. † Vtique intelligitur arbitrio boni viri, Angel. in verbo arbiter. num. 10. in fin. & in verbo familia nu. 10. in fine. Hipolit. Bonacoss. in tract. de famul. q. 79.

Vlterius quero, conduxi domum, famulum, Doctorem pro vno anno, pro certa conuenta mercede, deinde finito anno quilibet est in sua libertate postmodum per aliquot annos post reconduco simpliciter nulla facta mentione alicuius mercedis. Valebit ne hu
8 iusmodi locatio: & conductio. † Vtique sic, & intelligitur facta pro eodem primo salario, & mercede. Bal. ad l. cū quidam ad finem. C. de iur. dot. cōmendat Cremens. singul. 3. Ias. ad l. diem functo. nu. 19. ff. de offic. assess. & hæc
★ est Communis opinio vt testatur Roland de lucr. dot. q. 75. num. 3. Viui. in suo libro Commun. opi. 1. litera q. verbo officialis vbi præsupponit fuisse in termedios multos annos. pertext. notabilem in l. penult. §. si vxor. ff. solut. matrim. vbi dos data in primo matrimonio censetur repetita in secundo licet matrimonium tertii in medio interuenerit.

Quæritur vlterius quid si locatio facta sit in modico pretio puta vno nu
9 mo, uel simili? Vtique non valet quia instar donationis habet. l. si quis conduxerit. ff. locat. Quę lex & conclusio est limitanda in duobus casibus principa
10 liter, primus est casus, nisi res, quæ locatur nō esset digna maiori pensione. Secundus est casus nisi locatio fiere. ex cā necessitatis remedio à lege intro ducto glos. notabilis in l. si vsufructus. ff. de iur. dot. quam cōmendant & sequuntur Bart. Alex. Ias. & alii in l. si quis ante ff. de aquir. poss. Bald. in rub. C. de iur. emphit. Socin. reg. 229. fallēt. 20. Benincas. Perus. in §. Actionū. num. 38. Instit. de act. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendi. in v. q. principa. nu. 21. extollens summopere pręsentem declarationem Tiraquell. ad l. si vnquā in verbo donatione largitus. nu. 2. Dec. & Cagnol. ad l. imaginaria ff. de reg. iur. Papiens. in forma libelli quo agitur ad ficti pręstationē in gl. florenos. nu. 3. Mant. sing. 320. nu. 2. Tob. in princ. quib. mod re. contr. obligat. nu x.

Animaduertendum tamen est quod ad hoc vt vere, & proprie dicatur loca
11 tio tria copulatiue requiri videntur. † Primum quod interueniat pecunia & quidē numerata, non autem in sacculo, vel sudariolo, secundum vt factum sit tale, quod possit locari.

Tertiū quod persona solita sit locare operas suas. glos. in l. si pecuniam. vbi Alex. & Ias. ff. de cōdict. ob caus. in l. naturalis. §. at cū do ff. de pręscrip. ver. vbi Ias. attestatur hanc esse comunem opinionem subdens ex mēte Fulgos. tūc factum esse locabile quando ex eo resultare potest vtilitas, & commodū pecuniarium vt scribere, pingere & similia, Mates. notabil. 68.

Hęc tamen limitantur esse vera quā
12 do locatur opera personæ, † secus si locatur vsus alicuius rei tunc indistincte est locatio siue res posset locari siue nō glo. singularis secundum Castrē. ibi in l. rogasti. 5. j. ff. de pręscrip. ver. vbi hoc

notabiliter sublimitat si res sit apta locari. Vnde si concedo habitationem pro certa pecunia vtique erit locatio
13 stante aptitudine rei. † Non enim erit locatio si obligo rem pro te pro certa
14 mercede, † quam promittis quia ad hoc non videtur apta talis res, nec erit locatio nisi expresse fuerit conuentum vt ibi per eum.

Sed nunquid in locatione requiri-
15 tur scriptura?† Vtique non Pedemon. decil.53.num.9.

Quid si fiat pactum vt conficiatur
16 Scriptura. † Respõdetur quod adhuc
* valebit sine scriptura Grat. dicens * cõmunem Opinionem consi. 107.col. j. vol. j. vbi ex communi limitat nisi dictum sit quod aliter nõ valeat; hoc aũt nõ adiecto requiritur scriptura ad probationem Brun. in titul. quotup. est forma sub nu. 9. Ant. Gabr. de pact. conclus. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus locationis est bonæ fidei.*
2 *In contractu locationis debentur vsuræ & interesse lucri cessantis, & damni emergentis vbi de Communi.*
3 *Est vera in locatore solito negociari vbi de communi.*
Solitus negociari quis sit ibi vbi de communi.
4 *Damnum emergẽs quomodo probetur, & lucrum cessans in locatione, & conductione.*
5 *Testis quomodo debeat probare damnũ emergens, & lucrum cessans concludenter.*
6 *Interesse lucri cessantis, & damni emergentis taxatur arbitrio Iudicis vbi de communi.*
7 *Pactum quod pendente termino ad soluendum pensionem, aliquid soluatur est licitum vbi de Communi.*
8 *Interesse in contractu locationis non debet excedere in notabili quantitate fructus perceptos.*
9 *Pauper non valens per impotentiam soluere pensionem non tenetur ad interesse.*
10 *Conductor tenetur ad interesse nedum primi anni sed sequentium ex mora vbi de communi.*
11 *Interesse, interesse an peti possit a conductore in via Theologorum.*
12 *Clausula omnia damna & c. quid operetur in contractu locationis.*

Natura Locationis. Tit. 3.

Tertio loco principaliter post quam vidimus de origine, & causa efficiẽte locationis, & conductionis, similiter de eius substantialibus partibus ex quibus componitur, & sustentatur.

Quæro cuius naturę, & qualitatis
1 sit bonę fidei ne vel stricti iuris. † Et vtique indubitati iuris est locationis contractum bonę fidei esse l. 2. C. locat. l. emptorem. l. Pręses. C. eod. §. Actionum. Instit de act. ex quibus postea practicando infertur quod sicut in aliis bonę fidei iudiciis debentur vsurę, & interesse lucri cessantis, & damni emergentis ita, & in contractu locationis, & conductionis vt prędicta iura,
2 & leges expressi † loquuntur, & dispo-
* nunt, & est * cõmunis & recepta scribẽtium sententia attestata per Dec. in ca. cum venerabilis, nu. 68. de excep. viui. litera. V. in verbo venditor, opi. prima.

Quæ conclusio limitatur vt proce-
3 dat in locatore † solito negociari Dec.
* cons. 441. in fine & hęc est * cõmunis opinio de qua testatur Soc. cons. 156. lib j. Soarez post alios litera. V. num.

44. &

44. & solitus negociari dicitur qui mercatur vel qui dat pecuniam mercatoribus ad honestum lucrum vel solitus emere prædia cum habet pecuniam.

* Cagnol. dicens magis * cōmunem in l. j. num. 36. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Panciro. dicens magis cōmunem etiam Teologorum consil. 147. sub num. 6.

Vnde in practica aduertant diligentes aduocati, & procuratores articulare, & deducere damnum emergens puta quod Sempronius locator ex causa sibi expedienti accepisset totidem pecunias sub vsuris, vel aliud certum dānum passus est propter carentiam dictarum pecuniarum, & pensionis, vt quia aliquam pœnam incurrisset ita in practica docet Alexan. consi. 141. nu. 2. vol. 5. Scias etiam in practica deducere, & articulare lucrum cessans proueniens ex mora quod talis esset lucraturus. tot, si pensionem in tempore debito habuisset & apponas locum puta quod in tali loco lucratus fuisset tot vnde si non apponeres locum, articulus fortasse non concluderet, glo. ibi ab omnibus commendata in l. [illegible]. fin. in verbo solebat ff. de eo quod cert. loc. apponas quod certitudinaliter lucratus fuisset tot. non enim sequitur erat solitus lucrari. Ergo tot lucratus fuisset cum multa possint venire in cōtrarium, ita nos docet Castrens. in alleg. §. final. quem sequitur Afflict. decis. 2. col. [illegible], Dec. cons. 3. col. 1. & cōsi. 22. col. 2. vbi etiā subdit quod testes non interrogati debent reddere rationem dicti sui. Tertio loco ponas lucrū quod immediate prouenire potuisset non autem a remotis per locū a discursu, puta si hoc habuissem, fecissem hoc & ex hoc istud. ita docet Dec. in c. cum venerabilis nu. 61. de except.

Et quia non omnes sunt mercatores soliti negotiari, si casus eueniat in non mercatore. Ponas, & articularis quod talis emisset fundum ex quo percepisset tot. vere & non presumptiue. Castres. ad l. diuortio in principio. ff. solut. matri n. Cuius opinio in practica seruatur. Ruin. consi. 55. col. 2. vol.

5 2. vnde † testis deponere debet, à quibus locator sit requisitus, & quòd fuit requisitus præcise ad emendum tale quid & quod omnino emisset si pecuniam habuisset. Rolan. consi. 35. vol. j. Quod interesse postea probatum taxabitur, & moderabitur iudicis arbi-

* trio est * cōmunis opinio relata per Iacob. Meno. de arbitr. iudic. lib. 2. Centur. 2. 119.

Pone quod locaui tibi fundum, vel quid aliud, & dedi terminum ad soluēdum, nunquid licite pacisci possum vt pendente termino aliquid pro interesse soluas? Multi dicerent contrarium cum pendente termino nulla mora cō-

6 sideretur. † Cōtraria opinio est verior,

* & magis * cōmunis Couaru. var. resolut. lib. 3. cap. 4. versic. sexto & c. quasi pro parte locatoris impleta sint omnia implenda, nec ille debeat locupletari cum iactura quodā modo aliena.

Occurrit etiam sæpius in facto, finge quod non dedi dilationem, sed conueni ut quousque pensionem soluas des mihi tot in uim cuiusdam annui redditus an valeat? vtique sic Soc. cons. 176. col. f. lib. 4. Pari. cons. 60. nu. 21. li. j. ex quo communem habes

Notandum tamen est quod in bonę fidei contractibus interesse petitum nō debet excedere in notabili quantitate perceptionem fructuum perceptorum cum pro perceptis tantum & non percipiendis petatur. Lauren. de Rodulph. in Tract. de vsur. in 2. part.

* in 4.oppos.& ista est magis * Cōmunis opinio attestata per Soc.in leg.de diuisione. num. 13. ff. soluto matrim.

Quid si aliquis rusticus, & pauper per impotentiam non soluit debitam
9 pensionem an teneatur ad interesse? Vtique non Archipiscop.florent.in 2. parte summæ titu. de Auarit. sequitur Afflictus deci. 2. Rolan. consi. 35. vol.j.

Sed nunquid in cōtractu locationis possit peti pęna cōuentionalis, vid. in q.arborum furtim cæsarum.

Et debetur interesse in contractu lo
10 cationis non solum pro primo anno quo fuit in mora sed pro omnibus annis quibus in mora fuit secundum
* *comunem attestatam per Cagno. in l.1.C.de senten. quę pro eo.nu.45. vers.secunda dubitatio. vbi aliam ex mente Teologorum tenet peti posse interesse ipsius interesse quod durum visum fuit. Panci rol. consi. 47. sub nu.7.

Et multo magis in contractu locationis debetur interesse quando adest instrumentum iuratum, de clausula Omnia damna & c.per quam obligaturetiam si aliàs non teneretur. Veron.cautel.97.Bart.& alij in l. vēditores ff.de verb.obligat.

SVMMARIVM.

1 *Locationis contractus similis est emptioni,& venditioni.*
2 *Remedium legis secundæ de rescindenda venditione habet locum etiam in locatione vbi de communi.*
3 *Iusta pensio in rescindenda locatione dicitur solita,& consueta.*
4 *Quid articulandum per conductorem in excludendo locatorem ab huiusmodi remedio.*
5 *Conductori scienti non datur remediū legis secundæ de rescin.vendi.*
6 *Finita locatione non competit locatori remedium legis secundæ.*
7 *Locatio quomodo differat ab emptione,& venditione.*
8 *Item quomodo ab emphiteusi.*
9 *Intellectus ad l. si quis vno nummo.ff. loca.vbi de communi.*
10 *Si in instrumento fiat promiscua mentio emphiteusis & locationis; quid agendum. vbi de communi.*
11 *Locatio alia temporalis, alia perpetua, vel ad longum tempus, alia abusiua.*
12 *Colonus partiarius est improprie conductor, & sibi competunt priuilegia locationis.*

Similitud.locationis & ea rescindenda.

Quo principaliter cui asimilatur iste cōtractus locationis,& cōductionis,& cū quo magis conueniat. Respondetur breuiter qđ similis est
1 emptioni & venditioni, † & ijsdem iuris regulis fere regulatur.l.2.ff. loca. instit.eod.in princip. vnde sicut emptio sine pretio esse non potest.l.1.§. 1.ff.de contra. empt. ita locatio sine certa mercede contrahi non potest. vt supra dictum est q. 2. de substantia locationis.

Hinc postea infertur quod stante tali similitudine quod remedium.l. 2.C de rescindend. vendit, habet locum

eum etiam locatione, & conductione, glos. final. in l. si olei, C. locat. in l. in venditione in verbo etiam minoris. ff. de bon. aut. iudic. possidend. in l. si ea pecunia in glos. fin. C. de vsur. Cin. l. legem. C. locat. Angel. in l. maioribus C. commun. vtriusque iud Bald. Castren. Salice. & alij in l. 2 C. de vsur. Butr. Imol. & Barba. in c. cum dilecti de empt. & vendi. Anton. Gabr. lib. 2. de emptio. & venditio. conclus. 1. nu-
* me. 30. & hæc est * communis opinio. Bursat. cõs. 304. nu. 10. vol. 2. & in articulando in iudicio aduertendum est quod iusta pensio dicitur soli-
3 ta, † & consueta. ita docet Roma. consilio 423. Hoc tamen verum est
4 quod locator contrarium † probare posset deducendo conductoris detrimentum non excedere dimidium facta computatione valoris fructuum deductis impensis tunc enim opinio veritati cedere debet. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerbo. obligat. ita sentit Pinell. ad l. 2. part. 1. numero 18. unde sit cautus locator in termino probatorio deducere id quod superius dictum est.

Sed pone quod conductor habuit
5 scientiam rei locatæ. † poterit ne agere remedio dictæ l. 2. Vtique non. Alexand. consilio 127. libro 2. dicens hanc esse communem opinionem. Et considerandum est in practica, & iudicio quod locator in articulis deducet scientiam. Ex multis. primo si conductor fuerit per prius versatus in bonis conductis, probatur sci undo ex vicinitate cum vicinus præsumatur scire facta uicini iuribus vulgaribus. ita practicari docet Dec. consi. 583.

Finge quod locatio sit iam finita,
6 † poterit ne conductor hoc remedio agere? Dec. in præallegato consilio tenuit quod non ea ratione quia contractus est iam consumatus, & non entium nullæ sunt partes, contraria opinio verior mihi videtur. Primo quia æquitas dictæ legis adhuc militare videtur. Secundo quia uenditori competit re tradita, & pretio secuto vt ibi Doct. tenent. Tertio ex recepta ibidem conclusione quod tale remedium non præscribatur minori tempore triginta annorum. Declara quando lesio intentaretur super pacto incontinenti apposito non in principali contractu. Bursa. consil. 204. num. 10. vol. 2.

Sciendum est etiam quod locatio,
7 † & conductio ab emptione & venditione sic descerni solet. nam quãdo pritium est certum, & simul soluendũ est venditio si annuatim vel est incertum est locatio, & cõductio. glos. & doc. in l. i. C. de iur. emph. similiter quando in contractu venit principaliter datio secundario opus est emptio. Ecõtra est locatio, & conductio. Bart. in l. qui saxũ ff. de donat. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publican. Item quãdo transfertur dominiũ est venditio, quando non transfertur, est locatio. l. nõ solet. ff. loc. l. si cõuenit. ff. de cõtr. empt. & hæc est comunis opinio. Rip. in l. 2. nu. 33. Purpu. nu. 53. ff. si cert. pet. ante Iacob. Menoch. de recup. possess. remed. 4. nu. 7. cum sequent. ad quem recurras.

Quomodo autem differat locatio,
8 † & conductio ab emphiteusi opus sane laboriosum est, ponit glo in l. i. vbi Ias. nu. 22. C. de iur. emphit. & termini sunt iã notissimi prout erũpit Clar. in §. emphiteusis. q. i. vers. quid autem & attenduntur verba, & maior pars. tradit. Rui. cons. 161 nu. 22. & 27. vol

plura

plura cumulat Neuiz.conſ. 91. Bero. Q. 14.Rola.conſ.96.nu.42.vol.i.Sil uan.cõſ.9.nu.14.vol.1.Riminal.conſ. 212.vol.1. Bello. conſ. 21.nu.6.& 8. Burſat.conſ.23.nu.4.vol.i.

Vnum non omittam quod fortaſſe deſeruiet ad intellectum.l.ſi quis vno
9 † nummo,de qua ſupra.ff.loca. quod ſi pręſtatur modica penſio & in pecunia emphiteuſis facile iudicabitur, ſi magna pẽſio,vel pars aliqua fructuum,po
* tius locatio. & hęc eſt *cõmunis practica.Nat.conſ.49.nu.7.Cagnol.ad l.2. num.202.C.de reſcin. vendit. Rolan. conſ.95.nu.25.vol.i.

Et ſi in aliquo inſtrumento promiſcue
10 fiat mentio locationis, † & emphiteuſis debent conſiderari pacta,& conuentiones cui contractui magis adaptentur,& conueniant & ſecundum hæc iudicabitur, eſt cõmunis opinio atteſtata per Bello.conſ.21.num.5.

Locatio inſuper multiplex eſt quædam
11 propria, † de qua ſupra, quędam temporalis, quædam ad longum tempus,quædam abuſiua ut in colono par
12 tiario, † cui conueniunt omnia priuilegia veræ locationis.vt per Bal.in l.i.ff. locat.Fab.de Mont.q.2.de empt.& vẽdit.num.29.de quibus omnibus in quęſtionibus principalibus promiſcue tangemus omiſſa ſubtilitate verborum.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ſimpliciter facta in dubio intelligitur perpetua ratione caducitatis.*
2 *Preſertim cum Eccleſia.*
3 *Ex qualitate mercedis iudicatur, an aliquid ſit comprehenſum in locatione vel non.*
4 *Locatio ſimpliciter facta, an intelligatur emphiteuſis vel locatio,& quæ ſit vtilitas.*

Præſumptionibus. Tit.

QVAERO cum non conſtat an locatio ſit temporalis,& ad modicum tempus an perpetua vel ad
1 lõgum tempus,† quid in dubio erit iudicandum, vtique perpetua, & ad longum tempus ratione caducitatis pręſ
2 ertim cum † Eccleſia.Iul.Clar.in §. empihteuſis.q.1.Alex.de Neuo.conſi.27.Bero.q.14.Burſat.conſi.23.nu. 27 cogita quia Socin.Iur.conſi.25.in prin.par.2.tenet quod intelligatur ad annum etiam quod per prius fuerit ad quinquennium, vide in titu. de loca.ad long.temp.nu.6.

Similiter ex qualitate mercedis pręſ
3 umitur, † & iudicatur an in conductione præſumatur aliquid compræhenſum, vel non; gloſ.in l.1.§.qui ſuperficiem,vbi Barto.nu.3.ff.de lega.3. in l.patronus.§.1.ff.de leg.1.Dec.Cagn.Mainer.& alij in l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur. Burſat conſi. 190.in fine vol.2.

Similiter facit dictum notabile Bal.
4 in cap.literæ,col.3.de dilat.† dum quęrit, an contractus in dubio præſumatur emphiteuticus vel locationis & cõcludit quod ſi locatio eſt perpetua, & penſio parua præſumitur emphiteuticus aliàs præſumitur locatio ſi penſio correſpondet fructibus.Et eſt vtile ſecundum cum quia ſimplex locatio trãſit ad hæredes etiam extraneos,l.viam C.loc.ſed emphiteuſis Eccleſiæ non tranſit ad hæredes extraneos,ſequitur Rui.conſi.77.nu.7.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Regula ſi non valet quod ago vt ago procedit*

procedit, & habet locum in contractu locationis.

2 *Quando locatio est facta sine mercede, vel pro iusta mercede datur actio præscriptis verbis.*

3 *Locatio non est inter medicum & infirmum, aduocatum & clientulum.*

4 *Medico contra infirmum, item Aduocato contra clientulum competit actio præscriptis verbis.*

5 *Salarium Aduocatorum dicitur honorarium.*

Præscriptis Verbis. Tit.

QVero ad regulam.l.si vnus. §. si acceptilatio ff. de pac. & l i.§.si quis ita ff de ver. oblig An dispositio dictæ regulæ si non valet quod ago vt ago procedat in contractu locationis, & cõductionis, puta facta est locatio sine mercede certa, puta pro iusta mercede, vel sine aliqua expressione merce-
1 dis, † si non valet vt locatio, valeat saltem vt contractus innominatus. Vtique sic, & datur ex equitate actio præ-
2 scriptis † verbis Azo in titul.de loca. in fine comendat & in actu practico extollit Bal.in l cõtractus nu.8.C.de fid. instrum.Brun. de potent. & effect.for. vers.sic & in cõtractib & vid.sup. q.2. Alex.ad Bar.in l 2.§.adeo ff.locat subdens ex mente Bart.ad l. 1.ff si mens.
3 fals.mod. dixer. inter medicum, † & infirmum, aduocatũ, & clientulum non esse proprie locationẽ sed agi præscriptis verbis, & certe honorariũ dicitur iuxta notad.l.i.ff.de var.& extraor.co-
4 gnit.Ceph.tamẽ cõs.740.nu 2.4.vol.5. sentit intelligi factam locationem pro pensione taxanda arbitrio boni viri ex doctrina Bar. ad l. quamuis vers. quan-
5 doque ff.solut.matrimon. Actio tamẽ præscriptis verbis istis casibus non dabitur nisi locator impleuerit pro parte sua præstando patientiam, ita declarat. Rui.cons.144.vol.i.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio.l.petens.C.de pactis habet locum in contractu locationis.*

2 *Quando pactum locationi appositum cõstituit contractum innominatum datur actio præscriptis verbis, & actio locati.*

3 *Pactum ad indennitatem conductoris valet.*

4 *Locator promittens colono promille dare boues, & semina & fundi instrumenta est emptio, & pars locationis.*

5 *Remedium.l.2.C.de rescind.vend. licet procedat in contractu locationis, nõ tamen in pacto incontinenti apposito.*

6 *Declarationes quinque ad regulam Pactum vestiri cohærentia contractus.*

Cohærentia Contractus. Tit.

1 QVAERO ad materiã.l.petens C.de pactis, an pactũ locationi appositum vestiatur coherẽtia contractus. & vtique sic, & quandoque constituit cõ-
2 tractum innominatum facio vt des vel vt facias, pro quo actio præscriptis verbis, & ex locato competunt, præsertim quando pactum tendit ad fauorem & ad indemnitatem conductoris, & spe lucri in pacto appositi conductor conduxit.Bal.cons.434.vol.1.Soci Iun.cons. 75.nu.7.vol.2. Angel.cons. 312. incipien. in conuentione, cons. 314 Boss de remiss.merced.publicar.nu.35. Bero. cons.145. vol.1. Alciat.respons. 49. num.7. Abb.cons. 24. num.14.Soci.
Iun.

Iun.consf.68.col.final.vol.2 late Bursat.consf.104.vol.1.& consf.204.nu.9.vol.2.ponens etiam exemplum si locaui fundum pro mille pacto adiecto de dando conductori boues,& semina, ac fundi instrumenta pro colendo fundo, licet sint duo contractus locationis,& emptionis,tamen secũdus est correspectiuus ad primum & pars illius esse cẽsetur,inferens etiam notabiliter quod licet in locatione competat conductori remedium.l.2.C.de rescin.vendit.tamen nõ procedit in lesione apposita in pacto adiecto tantum.

6 Declara primo si pactum respiciat rem ipsam in contractum deductam secus si aliam rem prorsus separatam Fulgos.in l.lecta in 2.nota.ff.si cer.pet. vbi.Ias.in 9.limitat.late.Tiraquell.in repet.l.si vnquam in præfat.nu.110.

Declara secundo quando pactum esset correspectiuum aliàs non, Dec.in l.in bonę fidei nu.11.C.de pact.Anto. Gabr.de præsump.Conclus.13.nu.22. Declara tertio dummodo apponatur incontinenti vel saltem antequam contrahentes diuertant ad extraneos actus. Tiraquel.de retract.conuent.§.1. glos. 6.nu.25.

Declara quarto quoad contrahentes tantùm secus quoad alios,vnde fideiussio in pacto apposita non vestitur cohærentia contractus locationis. Bal. in l. ex placito.col.fin.C.de rerum permut.reputat singulare Cremen.singul. 109. cogita quia in fideiussore modo quo supra ideo non procedit quia fideiussio requirit stipulationem.l.blanditus.C.de fideiuss. vnde in simplici pacto non tenet.& Bal. ita tenens mouetur ex textu qui ad hoc allegatur in l. 5.§.satis acceptio ff.de verb.oblig. Vnde obligatio sui natura valida fideiussoris qui est dependens a contractu fortasse valebit.

Declara quinto vt propriè cohereat contractui locationis & sic comprehendatur sub statuto de locatione & conductione loquente,quando apponatur ante contractum consumatum, secus si post. ita conciliat Corn.consi.133. lib.1.& consi.288.col.4.lib 3.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l.quod sępe.§.in his de cõt. empt.procedit in contractu locationis,& conductionis.*

2 *Locatio ad mensuram an sit conditionalis vel pura distingue duos casus.*

3 *Locans nauem vel uas cum assertione esse tantæ capacitatis, ad quid teneatur,distingue plures casus.*

Conidtionibus, & Demostrationibus, Tit.

Quæro de notabili ni fallor, quęstione, an dispositio l. qđ sępe§.in his.ff de contr. empt. procedat in locatione facta ad mensurã. & vtique sic respõdit Ceph.consf.6.nu.22 li.1.consf. considerans duos casus principales,aut dico loco tot perticas ex illo fundo,& locatio est conditionalis ante mensurationem non est perfecta.d.§.in his. Aut dico loco fundum ad rationem tot pro pertica, & non est conditionalis sed purus, & perfectus,& mensura non venit ad substantiam sed declarationem tantum pensionis.

Quid in naue vel vase, per assertionem capacitatis tot Castrens.in l. final. §.final. distinguit,si vectura fuit promissa pro ponderibus, pro quibus nauis est capax,debetur pro omnibus licet

cet non omnia fuerint imposita. Secus si pro ponderibus quæ imponentur. Et in dubio Guliel. distinguit aut conduco nauem simpliciter vel pro tanta quantitate, & videtur promisisse pro numero ponderum quorum est capax. aut dixit ad rationem tantæ quantitatis, & censetur promissa pro oneribus quæ ponentur tantum, & plures casus distinguit. Stracc. de nau. part. 3. num. 10. cum seq.

S V M M A R I V M.

1 *Conductio relatiua ad illud quod tempore conductionis non ualebat si postea validetur, valet.*

Conuentione incerti Titul.

QVAERO conduxi domum secundum capitula communis quæ tempore conductionis nondum erant refirmata, sed post nũquid valet conductio sic relatiua? Vtique sic. Alexan. in facto consi. 28. lib. 1. & iterum consi. 31. part. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio facta absenti est ualida ante ratificationem, ubi de communi.*

2 *Conducẽs nomine suo & sociorũ totum sibi acquirit sociis non ratificantibus & ibi quæ requirantur ad legitimam ratificationem.*

3 *Actio ad pensionem quæritur domino sine cessione.*

Rem ratam haberi.

QVAERO ad materiam. l. bonorum. ff. rem rat. haberi, locatio est facta alicui gerẽti negocia alterius, an dicatur perfecta ante ratificationem ita ut locatio alteri fieri possit. Quæstionem istã in terminis locationis ponit Nat. consil. 261. vol. 2. & concludit non requiri ratificationem cum in contractu isto non tractetur de acquirendo alteri dominium uel possessionem, sed acquirenda obligatione personali quæ acquiritur agenti directa & domino absenti vtilis absque alia necessaria ratihabitione dicens hanc esse communem opinionem ex Ias. in §. alteri col. 3. in 2. oppos. Bartol. ff. de verbor. obligatio. & stante iuramento quo casu acquiritur vtilis Domino sine cessione, Alexand. consil. 267. col. 1. lib. 7.

Pone vlterius quod conduxi rem aliquam nomine meo & sociorum, an valeat sociis non ratificantibus?

2 † Vtiq; sic & intelligitur facta quoad conducentem tantum donec ratihabitio non sequatur. Bald. & Salic. in l. multum interest. C. si quis alter. uel sibi. Et notandum est in practica quod non dicitur inducta ratificatio, ex simplici actu sociali, sed requiritur quod sciuerit conductionem esse factam eius nomine & hoc ratificetur. Specul. de empt. & vendit. §. 3. versicu. si uero. Castrens. consil. 350. Ruin. consi. 91. numero. 11. vol. 1.

3 Similiter actio ad pensionem quæritur domino per aliũ sine cessione. Rui. consi. 144. nu. 6. vol. 1.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Locatio in diem est vera locatio & statim nascitur obligatio sed differtur exactio.*

In diem Adiectione.

QVAERO Nunquid locatio in diem sit vera locatio Et vtiq; sic & statim nascitur obligatio licet differatur exactio, l. cedere diem vbi Alciat. ff. de verbo. significat. l. 1. in fine. ff. quand. vsufru. legat. ced. Doct. in l. certi condictio. ff. si cert. pet. in l. ita stipulatus & in l. qui hoc anno. ff. de verbo. obligat. Natt. in terminis consi. 261. in princip. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta cum conditione ut pensio soluatur in menses uel annos singulos est una locatio tantum, sed plures præstationes.*

2 *Locatio facta cum dinumeratione temporum non est una, sed plures.*

Diuisione locationis Tit.

QVAERO Locatur domus, & promittitur pensio in annos vel menses singulos an sit vna locatio vel plures? hanc quæstionem monet Bart. in l. si seruus communis. §. fin. nume. 7. ff. de stipulat. ser. & concludit quod vna sit locatio quia nihil est implendum ex parte locatoris quod cohæret personæ sed plures sunt præstationes. sequitur Socin. consilio 25. vol. 1.

Declara vt procedat quando locatio
2 † esset facta cum expressa dinumeratione temporum, Machel. Patroc. 1 Ca nume. 10.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. scire debemus ff. de uerbo obliga. procedit, & habet locum in contractu locationis, & conductionis.*

2 *Maxime cum non agitur de resoluendo contractu, vel de effectu communi vtrique parti, sed separato uel in modo agend, vbi de communi.*

3 *Quando plures res in locatione comprehenduntur si in una contingat læsio pro ea tantum dabitur rescissio.*

4 *Si in instrumento locationis dicatur quod finita locatione ad nouem annos intelligatur pro alijs nouem, uel in tertiam generationem, tot erunt locationes, & contractus.*

5 *Locatio concepta pro pluribus annis puta quinquennio una tantum est, si quolibet anno aliquid annuum sit soluendum.*

6 *Locatio una est ex unica constituta pensione.*

7 *Statutūq; de contractu soluatur gabella operatur, ut in locatione una debeat gabella, si una est constituta pensio.*

Multiplicatione contractus Titu.

QVAERO Ad materiam l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. an in cōtractu locationis, & cōductionis eius dispositio procedat, vt quot sint res tot sint locationes. Et vtique

sit. Et maxime cum non agitur de resoluendo contractu, uel de effectu
2 communi vtrique parti † sed separato vel in modo agendi, ex doctrina Bartol. in d. l. communiter approbata, vt per Bursat. consi. 104. nume. 3. vol. 1.
3 vtilitas est hæc, vt locatio † vna incipiat post aliam secundum eū, & si vna contingat læsio pro ea tantum dabitur rescissio. Cagno. in l. 2. num. 199. C. de rescind. vend. Franc. de March. decis. 20. nume. 3. & 4. vol. 1. quæ ad materiam rescindendæ locationis supra positam addere poteris.
4 † Et si in instrumento locationis dictum sit, quod sint te locatione ad nouem annos intelligatur, & sit facta pro aliis nouem uel in tertiam generationem, licet fiat pactum in eodem instrumento erunt tamen plures, & diuersæ locationes, & contractus. Angel. consi. 184. Alexā. consi. 163. vol. 2. Bald. in l. voluntas. C. de fideicom. Bero. consi. 116. nume. 17. & 19. consi. 117. nu. 10. cum seque. vol. 1.

Adde tamen ꝙ si in stipulatione lo-
5 cationis † debeatur aliquid annuum quolibet anno, vnica est locatio licet sit concepta pro pluribus annis. Bart. in l. si seruus communis Meuiis. §. final. ff. de stipulat. seru. Cuius opinio
* communis * est. Socin. Iun. consil. 68. num. 3. vol. 2.

Limita principalē cōclusionem ꝙ tot sint locationes quot res, vt non procedat q̄do vnica sola pēsio ꝓ oībus cōstituta sit. Nat consil. 44. nu. 6. vol. 2. subdens quod vnicus dicitur contractus quando appareat celebratus eodem die loco testibus & notario. iuxta not. per Bald. in l. 1. circa fin. C. de oper. libert. Et fortius voluit Cuman. consil. 4. in 2. dubio, vbi loquitur de eo qui prius conduxerat duas domos non sub eodem fictu, sed separato, deinde conduxerat sub unico fictu, quod unica est locatio cum una sit expressa quantitas nec aliquid facit quod prius separatim pro vnaquaque solueret, quia omnes illæ pensiones ad vnam tantum rediguntur vt ibi per eum.
7 Vnde infertur, ꝙ si ex forma † statuti de quolibet contractu debet solui gabella, quod vnicus est locationis cōtractus sub vna pensione comprehensus. Bertac. de gabell. part. 5. q. 15.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta de aliqua re pro noue annis est locatio si solutio sit facienda in singulos annos.*

Venditione, & locatione Tit.

Quæro. Thesaurarius Vmbriæ vendidit vectigal pro nouem annis, & fiat solutio in singulos annos
1 erit ne vere venditio vel locatio? † Vtique locatio cum sit destinata solutio annuatim. Bartol. in l. cotem. §. qui maximos. q. 2. ff. de public. & q. Publicanus Crauett. consil. 21. nume. 3. Fabian. de Mont. q. 2. principal. nume. 26. Socin. Sen. consi. 88. col. 2. versic. distinguitur libr. 1. & consil. 156. lib. 2. Imol. in capit. propter sterilitatem num. 33. de locat. & in cons. 102. col. 2. Corn. consi. 2. col. 1. libr. . & consil. 38. nu. 9. libr. 2. Rip. de priuil. contract. Pest. nume. 5. Socin. Iun. consi. 68. num. 2. libr. 2. Iacob. Menoc. de retinend. posses. remed. 4. num. 19. Vnde habebit locum materia, & disposita

sita in locationibus, & conductionibus.

SVMMARIVM.

1 *Vèdens fructus in herba dicitur potius locare, quàm vendere & obid habet locum remissio prout in locatione.*

Immatura alienatione Tit.

QVAERO. vendidi Sempronio fructus talis fundi vt dicitur in herba, núquid sit locatio, vel saltem eius naturam imitetur ita vt si appareat de
1 va stati, fiat diminutio pro rata? † Bar. in l. cotem. §. final. num. 11. tenet quod sic, clarius Bal. in l. 2. C. de cōtr. empt. inquiens quod si heri emi fructus Clusij Perusini, & hodie appareant valde damnificati fit remissio pro rata prout in locatione requiritur. Casus est admodum quotidianus ratione multiplicati æris alieni quod est causa talis sic immaturæ alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de locando non est locatio.*
2 *Dispositio volens quod de quolibet contractu locationis soluatur gabella non habet locum in promissione de locando.*
3 *Doctrina Romani singul. 186. incipi. obligo me, communiter approbatur.*
4 *Declaratio ad eandem doctrinam Romani singula. 186.*

Promissione locandi Tit.

QVAERO de pulchra, & vtili qōne, an promissio de locando locatio. & vtique nō † gl. in l. in bonæ
1 fidei in verbo cōdicturū ff. de eo quod certo loc. vbi Ias. num. 3. tantopere in actu practico cōmendat & extollit. idem tenet glos. final. in l. Titius. ff. de pignor. act. Bal. in l. f. §. emptor. C. cōmun. de legat Alex. cōs. 28. in fine. lib. 4. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Matesil. notab. 46. Tiraq. de retract. conuētion. ad fin. oper. nu. 32. usque 58. Corset in singul. suis, in verbo. pactum in l. 2. Boer. decis. 3. & decis. 58. num. 4. Purpur. in l. 1. nu. 65. ff. de iurisd. om. Iud. Fortun. Garz. in l. legitima. nu. 13. de pact. Petr. regul. 19.

Hinc postea infertur quod dispositio
2 tio volēs † vt de quolibet contractu locationis soluatur gabella, nō habet locum in promissione de locando vt per Ias. post Castrens. in d. leg. in bonæ fidei.

Nec predictis obstare videtur id
3 quod not. † Roma. ex mente Io. Andr. sing. 186. obligo me, quod videtur
* cōmuniter approbatū, vt per Rube. Alex. cons. 29. viso contractu, col. 2. Quia respondetur multis mōdis de
4 quib. † per Dec. in l. cū fundus. §. seruum. col. 1 ff. si cert. pet. Galiaul. in repet. rubr. de ver. obligat. nu. 62. & 63. Ruin. in repet. l. 1. & ibi Alciat. eiusdē ti. nu. 15. 16. & 17. Buttigell. in repet. §. Cato. num. 42. Grat. cons. 109. nu. 11. lib. 2. late Afflict. decis. 103. num. 187. cum multis sequentibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locatio modalis in apocha facta vt postea conficeretur instrumentum est perfecta, licet postea non conficiatur instrumentum.*

2 *Locatio facta sub certis capitulis, & alijs in instrumento exprimendis est perfecta, licet alia capitula non apponantur.*

His quæ sub modo.

QVAERO de notabili quęstione, Leo Pontifex Max. locauit appaltum lumeriũ D. Augustino Chisio. Et fuit confecta apocha huius fere te-
1 noris. † Nostro Signore loca à M. Agostino Chisi. &c. Et dictus D. Augustinus ita subscripsit. Io Agostino prometto dare lo apaltatore, & promessa di banco con li capitoli ben chiari, & necessarij alle cose predette, & il resto della capitolatione, che bisogna, promettendo la stipulatione &c. an contractus locationis sit perfectus in se, & absolutus iuxta cõtenta in apoca. Vbique Rui. in facto consultus respondit quod sic cons. 215. vol. 1. ea ratione, quia capitula principalia sunt concepta dispositiue, puta alluochi &c. per tanto &c. & sic contractus in suis substantialibus est perfectus. Et licet postea fuerit additum de stipulatione & capitulis, hoc nõ est quin contractus in se non sit perfectus, sed illa verba fuerunt addita ad maius robur, & probationem, vt conficeretur publicum instrumentum cum fideiussione & capitulis, quod licet postea non fuerit cõfectum, vel sit suspectum, scripta, & apocha stat in robore suo, & habebit executionem, subdẽs ex hoc quod loca-
2 tio † facta sub certis capitulis, & alijs in instrumento exprimendis, licet deinde alia capitula non apponantur locatio est perfecta. ex not. per Aret. in l. penult. C. de instr. & subtitut.

SVMMARIVM.

1 *Iura loquentia de simpliciter conducto re, comprehendunt conductorem ad longum tempus.*

Conductoris appellatione.

1 QVAERO nunquid appellatione conductoris simpliciter intelligatur de conductore ad lõgum tempus vt iura loquentia de conductore comprehendant conductorem ad longum tempus. Vbique sic. Cin. Bart. & Salic. in l. 1. vbi Bart. in 2. opposi. C. de iur. emphit. But. & Imol. in cap. potuit locat. Alex. cons. 132. vol. 1. Aret. consi. 55. Rui. cons. 77. num. 7. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad decennium dicitur ad longũ tempus. vbi de communi, & triennium dicitur modicum tempus, ibidẽ*

2 *Limita in locatione quoad monacos, & Prælatos Regulares in qua statur arbitrio Iudicis.*

3 *Locatio ad longum tempus dicitur ad vitam locantis, vel conducentis. vbi de communi.*

4 *Locatio de nouennio, in nouennium dicitur ad longum tempus. vbi de cõmuni.*

5 *Locatio in voluntatem conducentis dicitur ad longum tempus.*

6 *Locatio simpliciter facta intelligitur ad annum tantum.*

7 *Locator fructuum alicuius animalis quod pariat bis in anno, vel alicuius agri fructantis bis in anno tenetur ad primos tantum.*

8 *Limita quando fructus sunt proecoces vt colligantur intra tempus prioris aliàs secus.*

9 *Limitatio ad l. sine præfinitione. ff. de pœnis.*

Locatio ad longum tempus. Tit.

QVAERO principaliter pro complemento prædictorum quæ dicatur locatio ad longum tempus. Respondetur quod multis modis dicitur.

1 Prima igitur sit conclusio locatio ad longum tempus dicitur si fiat ad decennium. glos. in l. 2. in fin. ff. si ager vect. vel emph. pet. quam sequitur Castren. ad l. si filio. §. si vir. num. 2. ff. solut. matrim. Alex. cons. 17. col. 1. lib. 4. late Ias. cons. 84 lib. 1. & consi. 19. Io. de Amic. cons. 25. Socin. iun. cons. 66. nu. 5. lib. 1. Paris. consil. 118. lib. 3. & * hæc est communis opinio, vt testatur Bar. in l. 1. §. quod autem. ff. de superfic. & ita de consuetudine seruatur Bal. in l. iubemus nulli, col. 2. C. de sacros. eccles. Dec. consi. 292. nu. 2. Socin. consi. 32. col. 2. lib. 1. Couar. Var. resolut. lib. 2. cap. 16. Duen. reg. 40. amp. 12. Emanuel Soarez in verbo cõductio nume. 197. Vnde locans ad triennium dicitur locare ad modicum tempus. Natta loquens in milite Hierosolimitano cõmendatario consi. 51. vol. 3. Quæ conclusio vera non est in

2 locatione bonorum ecclesiasticorum quoad monacos & prælatos regulares, quia isto casu statur arbitrio Iudicis. Alex. dicens hanc esse communem sententiam ad l. si filiofamilias. §. si vir. nu. 25. ff. solu. matr. Calcan. cõ. 125. nu. 12. Iacob. Meno. de arbitr Iud. lib. 2. Centur. 1. casu 15. in fine, dicens allegatam conclusionem in bonorum ecclesiasticorum locatione longum tempus dici decennium in Rectoribus secularibus, secus quoad monacos, & prælatos regulares, vt ibi per eum.

3 Secunda sit conclusio † locatio etiam dicitur ad longum tempus quando sit facta ad vitam locantis, vel conducentis. Alex. cons. 109. in fine lib. 3. Aret. consil. 55. nu. 2. & hæc est * communis opinio. Nauarr. in cap. 1. §. 1. de pœnitent. distinc. 5. conferunt adducta per Ant. Gabriel. lib. 3. conclusio 2. de locat. vbi concludere videtur quod locatio ad vitam locantis, vel conducentis dicatur perpetua.

4 Tertia sit conclusio. † locatio dicitur ad longum tempus, quando fit ad nouem annos, adiecto pacto, vt finito illo tẽpore incipiat currere aliud. Card. in clem. 1. §. 1. de rebus eccles. non alienand. Fab. in §. Item finitur, Institut. de vsufruct. Aret. ad l. si quis ante, col. 1. ff. de acquir. possess. Alex. consi. 265. lib. 2. consil. 10. nume. 6. lib. 3. Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, nume. 87. de constitut. Ias. in l. manumissiones nu. 7. ff. de iust. & iur. Soci. consi. 6. nu. 8. lib. 1. Curt. de feu. par. 4. nu. 92. & hæc est communis opinio, Ari. Pinell. in l. 1. part. 3. nu. 63. C. de bon. mater. Soarez in verbo conductor, numer. 199.

Quarta

5 Quarta fit cõclusio, † locatio ad lõgum tempus dicitur, quando confertur eius duratio in voluntatem conducentis. Dec. consi. 204. in fine, Socin. Iun. consi. 6, nu. 2. lib. 1. Martin. Laudens. in repet. rubr. ff. de rei vendicat. num. 5. Ari. Pinell. de bon. matern. l. j. part. 3. sub nu. 63. prope finem, ex regula. l. sufficit. vbi Bart. & Ias. ff. de cõdi. indebit. l. Iurisperitus. ff. de excus. tutorum.

6 † Quid si locatio sit facta simpliciter sine adiectione alicuius temporis, erit ne ad longum tempus, vel modicum? Vtique ad primum & vnicum tantum annum intelligetur. Socin. Iun. consilio 25. numero. 3. libro 2. ex regula leg. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signif. vid. in titulo de pręscript. ver. præsumptione.

Hinc postea infertur quod si loco
7 sibi fructus † alicuius animalis quę pariat bis in anno, vel alicuius agri producentis fructus bis in anno, quod primi tantum fructus conductori debentur, & non vltra. Alexander ad Bartolum, in lege dotis promissio ff. de iur. dot. & cons. 16. numero sexto, libro quarto, Feli. in capitulo secundo, colum. prima, de treg. & pac. Natt. in clemen. sæpe in princip. de verbo. significatio. Curt. Iun. consil. 128. & hæc est communis opinio teste Ias. ad l. diuortio. §. ob. donationes. numero duodecimo. ff. soluto matrimonio.

8 † Quæ conclusio vltra allegatos superius scribẽtes declarat vt procedat quãdo fructus alterius anni sunt adeo præcoces, vt colligantur intra tempus prioris, secus si ager producat fructus bis in anno ex natura soli vel animalis ita Tiraquell. nihil tamen allegans ad l. boues §. hoc sermone, num. 10. ff. de verb. significat.

Ex quo limitatur quod in materia
9 criminali ponit † textus ab omnibus cõmendatus ad l. fine prefinitione ff. de pęnis, quem cõmendat Ias. in §. curare. nume. 46. de act. in l. 2. §. 1. nu. 38. ff. de re iudic. Gomes. in §. quędã numero 22. de act. Dec. in capit. ex literis nume. trigesimosexto, de const. Plat. in l. nemo. numero sexto C. de exact. tribut. lib. 10.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest cui vult locare rem suam, nec primus conductor potest impedire secundum.*

2 *Fallit nisi aliter sit conuentum.*

3 *Fallit nisi consuetudo sit in contrarium.*

4 *Fauore scolarium cogitur quis locare magis illis quàm alij.*

5 *Priuilegia scolarium sunt ferè in dissuetudine.*

6 *In prædiis fiscalibus gabellis, & rebus Cameralibus antiquus conductor præfertur aliis.*

7 *Colonus temporaneus præfertur aliis conducere volentibus.*

8 *Dominus non cogitur perseuerare in conductione, quando fuisset conductor in aliqua culpa.*

9 *Fauore paupertatis cogitur quis locare pauperi magis quàm alii.*

10 *Primus conductor præfertur quando meliorauit rem conductam, & offerat parem conditionem, vbi de communi.*

11 *Secunda locatio habet effectum post primam finitam, & non ante.*

 12 Co-

12 *Colonus, vel conductor non cogitur persistere in conductione.*
13 *Colonus, qui debilitauit agrum cogitur in conductione persistere.*
14 *Conductores gabellarum coguntur persistere in conductione alio non offerente tantumdem.*

Iure Personarum Tit.

VIDIMVS de substantialibus requisitis ad contractum locationis, tractare incipiam de personis locare valentibus.

Quæro an Dominus teneatur locare plus vni quam alteri? & in hoc.

Regula iuris est, quod Dominus
1 potest cui vult locare, † nec primus conductor potest impedire secundum l. ne cui, vbi materia. C. locat.

Fallit primo ex intentione. d. l. nisi
2 inter partes † ita esset conuentum vt non liceret Domino alij locare quamdiu ipse conductum vellet, & tantum dare quantum alius. d. l. ne cui. versicul. nisi fortè pacta, & ibi glos. in verbo, pacta vbi Bal. & Salicet. & Bal. in l. contractus. ff. de regul. iur.

Declaratur secundo nisi esset con-
3 suetudo loci vt ita † fieret, quę in hoc valet, & seruanda est. specul. intit de locat. §. 1. vers. 93. Anton. de Butr. in ca. ex rescripto. locat. Boer. decis. 107. nu. 4. & ita Romæ vt plurimum seruatur et ęquum est.

Declaratur tertio vt nō procedat fa
4 uore scolarium † quibus volētibus cogitur dominus locare & relocare. Ripa in l. 1. in fine. ff. solut. matrim. Rebuf. in tract. de priuil. scolar. priuil. 7. num. 1. Petr. Duenn. reg. 213. Horat. Lut. de priuileg. scolar. priuileg. 41. & in hoc me non extendam cum priuilegia scolarium non sint amplius, vt ita
5 loquar, in vsu, † & fugiūt omnes habere in vicinos, & vnde hoc procedat iudicent Iudices qui fuerunt scolares.

Declaratur quarto vt non procedat
6 in prædiis † fiscalibus. l. congruit. vbi Angel. Rebuf. & alij. C. de pred. Cur. lib. 10. Afflict. de iure protomisc. in princ. inferens quod conductor gabellarum si est paratus dare tantum pro futuro anno quantum alius, quod debet preferri. Tiraquell. de. retract. lignaie. §. 1. glos. 18. nu. 6.

Declaratur quinto in colono tem-
7 poraneo † qui conduceret singulis annis. Rom. cōs 22. col. penult. Ruin. cons. 168. col. final. vol. 1. contrarium videtur verius, vt per Imol. in cap. 1. col. penul de locat. socin. Iun. cōs. 50. col. 2. vol. 2. pulcre Afflic. decis. 138.

8 Subdeclaratur sexto † vt dominus non cogatur modo aliquo firmare cōductorem quando fuisset in aliqua culpa, puta non soluendo pensionem vel similia. Rō. cons. 212. in princip. Dec. cons. 329. col. final. vers. nō obstat. specul. in titul. de locat. §. nunc aliqua vers. 67. Ias. in l. 2 num. 21. C. de iure emphit. Ripp. in l. 1. de priuil. credit. num. 11.

Declaratur septimo fauore paupertatis, ob quam cogi potest quis ad lo-
9 candum † pauperi magis quàm alij Tolos. & ibi in addit. q 447. Dec. cons. 640. Benincas. de pauper. q. 3. special. 7 num. 17. cum sequent.

10 Declaratur octauo † nisi primus rē melioraslet, & parem aliis conditionē offeret. vt per Bal. in d. l. ne cui. & hæc
* est magis * cōmunis opinio. Dec. cōs. 55. 73. 78. 321. Cephal. cons. 9. num. 45. li. 1. deci. Perus. 17. in fin. parte. 1.

De-

Declaratur nono, vt intelligatur
11 quod † secūda habeat effectum finita prima, Bero.conf.106.nu.37.vol.1. Bursat.conf.104.nu.4.vol.1.

Declaratur decimo in conductore Perpetuo vel longissimi temporis cui locator etiā si esset ecclesia tenetur refirmare si locatio appareat legitima. Soci.Iun.conf.56.vol.2.vbi etiam tenet quod sit renouanda quādo esset finita per generationem.

Sed quidē contra? Nunquid colonus vel conductor cogi poterit reconducere,& persistere in conductione? Vtique non l.inuitos.C.locat.

Declara nisi colonus debilitasset agrum ex † nimia perceptione fructuū ita limitat glos.in l.si cum Hermes l.locat.Bart.in l cotem §.1.nu.2.ff.de publican.Nec obliuiscaris hanc doctrinā in hac practicabili materia conductionis quia videbis infinitos colonos dū sunt in vltimo anno,ita segerere,vt nollent q in prędio remanerēt minin ę festucæ arborum,& sub torculari iniquitatis,& auaritiæ præmunt,vt nihil vellent boni remanere.& vide infra q.61.

Declara secundo in conductoribus gabellarum alio non offerente tātundem. Bart. in l.cotem §. qui maximos ff.de publican. Bal.in l. 1. C. de hered. vel act.vendit.

SVMMARIVM.

1 *Conductor potest sublocare alteri eque idoneo.*
2 *Dominus possidet per vltimū cōductorē*
3 *Intellectus ad l.3.§ si seruus. ff. de acquir. possess. vt procedat in possessione vera, secus in ficta.*
4 *Primus locator non priuatur possessione si pensio non soluatur.*
5 *Primus locator nō priuatur possessione si respōdeatur de fructibus secundo.*
6 *Conductor ad longum tempus non interuertit possessionē primi locatoris sublocando alteri.*
7 *Tres limitationes ad l. nemo.C.locat.*
8 *Colonus vineæ non potest deserere culturam in medio anni, alias tenetur de negociis gestis, & ad interesse.*
9 *Primo locatori succuritur si conductor efficiatur pauper vel fugitiuus, & è contra.*

Iure sublocandi Tit.

QVAERO Nunquid conductor possit rem locatā, alteri locare? & vtique sic l.nemo.C.locat.

Declara dūmodo locet alteri eque
1 idoneo,& ad eūdē vsum,vt ibi Accurs. declarat,quem sequuntur Bal.& ceteri.& in l.cū in plures.in princ.in verbo etiam.ff.eodem locat.

Et sciēdum est quod dominus pos-
2 sidet per vltimum conductorem l.qui vniuersas.s. final.vbi Alex. notat.ff. de acquir.possess.vnde ex hoc videtur posse inferri declarationem ad l.3.§.si
3 seruus.ff.de acquir.possess.quod illi cuius corpore possideo tradendo alteri, priuat dominum sua possessione,quia hoc est verum in possessione vera secus in ficta puta per conductionem vt hic. Pone quod primo locatori non sit soluta pēsio priuatur ne per hoc sua pos-
4 sessione? vtique non,glo.final.in l.male agitur.C.de præscript. 30.vel. 40. ann.Cin.in l.comperit.nu. 4. C. cod. tit nisi colonus requisitus denegasset.
5 Alex.in l.si quis rem.ff.de acquir.possess.vbi reputat notabile & dicit in practica quotidianissimum.

Sed quid? finge quod inceperim re
5 spondere de fructibus secundo locato
ri priuatur ne ex hoc primus locator
sua possessione. Angel. notabiliter in l.
nemo. C. locat. tenuit quod contra
rium est verius, vt per Alex in l. si co-
lonus §. si conductor. ff. de acquirenda
poss. vbi rationem reddit quia in
corporalibus, dato quod sciam alium
occupare possessionem, tamen ea non
priuor, nisi scirem posse repelli, vel
nisi sim negligens, iuxta notata in l. si
id quod §. final. in l. si de eo. §. 1. ff. de
acquir. poss. ff.

Quero quid in conductore ad lon-
gum tempus qui naturaliter vt di-
6 ctum est possidet, † an interuertat po
ssessionem primi locatoris alteri sub-
locando. Vtique sic, quia cessat ratio
cum allegata procedant quia condu-
ctor non possidet, vnde non præiudi-
cat. & notat Alex. in d. leg. si condu-
ctor num. 5.

Declara etiam. l. Nemo. C. locat.
7 vt procedat † in conductore vnius rei
particularis, secus in conductore vni-
uersitatis vt hæreditatis, quia rem par
ticularem sublocare non poterit quia
multa transeunt cum vniuersitate: quę
aliàs non transeunt, ita Fran. de March.
q. 1070. part. 1.

Declara etiam secundo vt non pos
sit alteri sublocare inuitis socij. glos.
in §. fina instit. locat pones exemplum
in pluribus scolaribus simul habitan-
tibus quia ius societatis hoc casu pre-
ualet sequitur Angelic. in verbo loca-
tio. num. 8.

Declara etiam vt licet possit al-
teri eque idoneo relocare, potest
tamen statim conueniri à primo lo-
catore ad integram pensionem nisi re
cesserit ex iusta causa quá docere de-
bet, aliàs cõtrarium pręsumitur. Bart.
in l. 1. §. 1. ff. de migr. in l. si in leg. §. Do
minus. ff. locat. reputat singulare
Alex. in l. stipulationes non diuidun-
tur. ff. de verb. oblig. vnde dicit Bart.
8 in l. videamus. ff. de negot. gest. quod
colonnus vineę non potest in medio
anni deserere culturam sed tenetur pro
sequi, aliàs tenetur actione negocio-
rum gestorum de neglectis, & sic ad
interesse.

Pone vnum quod de facili euenire
9 potest, locaui rem conductam alteri,
post sum effectus pauper, vel fugiti-
uus quomodo succurri. primo locato
ri? Vtique potest agere contra secun-
dum, ita de conductore gabellarum re
spondit Petr. de Vba. in tract. de societ.
part. 11. in princip. & q. 13. & subdit.
quod tenetur etiam primus, si fugit
secundus.

SVMMARIVM.

1 *Tutor, vel curator possunt locare etiam sine decreto ad tempus modicum, & minor stare tenetur.*

2 *Tutor vel curator non possunt locare sine decreto ad longum tempus, nec minor stare tenetur. vbi de Communi.*

3 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*

4 *Locatio ad longum tempus cum pacto vt nullum ius reale transferatur non potest fieri per tutorem absque decreto.*

5 *Locatio concepta pro duobus annis, vt illis finitis debeat esse relocata res conductori, & successoribus sine decreto non valet.*

6 *Minori, locatori, vel conductori competit restitutio in integrum.*

PRIN-

Tutoribus & Curatoribus Titu.

PRINCIPALITER tractare incipiam de aliquibus personis locare valentibus, vel nō, & nunquid minor possit aut eius Tutor, vel curator sine decreto alienare? In qua quęstione duo sunt casus distinguendi, & consideran
1 di: † Primus in locatione ad breue tempus, & hęc sine dubio poterit per minorem, seu tutorem vel curatorem fieri absque aliquo decreto Iudicis, cui tenetur stare minor post finitam tutelā vel curam. l. codicillis. §. instituto, vbi Doc. notant. ff. de leg. 2. Cin. in l. emptorem. q. 1. C. locat. Bart. Castrens. & alii in l. si filio. §. si vir in quinquenniū. ff. sol. matr. Socin. consi. 125 nu. 6. li. j. Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 15. nu. 5. Vasq. de success. Creat. titu. de testa. pot. §. 10. sub nu. 78. vers. nunc videndum lib. 1. Vbicunque enim quid agitur ratione administrationis tunc successor ei stare tenetur. Doct. in cap. querelam. ne prælat. vic. suas. Oct. Simon. in trac. de Decret. lib. 2. titul. 6. in spec. 2.

Secundus est casus in locatione ad
2 longum tempus, † & tūc sine decreto facta non valet, & factæ per tutorem, vel curatorem minor stare non tenetur. Alex. conf. 104. nu. 2. lib. & conf. 165. nu. j. lib. 2. Boer. decis. 234. nu. 3. &
* hæc est * communis opinio. Teste Vasq. de success. creat. tit. de testa. pot. §. 10. sub nu. 78. vers. vnde tutor lib. j.
3 & ratio est quia locatio † ad longū tēpus dicitur alienatio. Ias. post alios in l. naturaliter num. 2. ff. de acq. possess. in l. j. nu. 24. in l. 2. nu. 39. in l. fin. C. de iur. emphit. quæ sine decreto fieri non valet vt clarum est.

4 Quæ cōclusio in hoc secundo † casu ampliatur esse vera etiam si in locatione ad longum tempus sit adiectum pactum, vt nullum ius reale conductori acquiratur. Bal. in autent. hoc ius. col. 1. C. de sacros. eccles. Ias. consi. 94. col. vlt. lib. j. Fab. de Mont. de empt. q. vlt. q. 4. principal. quia non infertur damnum ex clausula verbali quæ fraudulenter apponi potest. l. Seius. ff. ad l. falcid.

5 Pone quod locatio sit ita instrumēto concepta quod locat † pro duobus annis, quibus finitis debeat eidem conductori pro se, & successoribus relocata esse. Vtique non valebit absque decreto, cum sit alienatio. Alex. consi. 165. num. j. lib. 2.

6 Sed nunquid minori conductori, vel locatori concedenda erit restitutio inintegrum? Vtique Rom. Consuluit quod sic consi. 423. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest locare bona aduentitia filij ad modicum tempus non ad longum.*
2 *Filius tenetur stare locationi patris.*
3 *Est verum etiam ad longum tempus quando sit facta ex causa valde vtili vel necessaria,*
4 *Pater locando ad longum tempus bona filii non priuatur administratione bonorum, nisi scienter faciat.*

Patria Potestate Tit.

QVAERO principaliter, & vtilis est quæstio si Pinello credimus infra allegando, nunquid Pater possit

posſit locare bona aduentitia filij ita vt filius tali locationi ſtare teneatur?
1 † & diſtingue duos caſus prout ſupra de minore tutore, & curatore dictum eſt, & ita ſe habet communis opinio vt per Anton. Gomeſ. in titul. de contract. cap. de locatione nu. 8. Notandū
2 tamē eſt in practica † quod conductor ad longum tempus conuentus à filio ad reſciſsionem contractus aduertat quibus modis poſsit iuſtificare titulum, etſi pater locauerit ad longum tempus ex cauſa valde vtili vel neceſſaria quo caſu filius locationi ſtare cogeretur. Pinell. de bon. mat. l. 1. part. 3. ſub. num. 64. Sciēdum eſt etiā
3 vlterius † quod licet locatio ad lōgū tempus facta per patrem non valeat in præiudicium filij, vt dictum eſt, non tamen pater ex hoc priuabitur adminiſtratione bonorum filij niſi ſciens iuris prohibitionem locationem ad longū tempus fecerit vt per Pinell. in citato loco ſub nu. 64. verſ. ex quo in noſtra materia &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier prohibita à ſtatuto contrahere ſine certa ſolemnitate non poterit locare.*
2 *Locatio eſt proprie contractus.*
3 *Statutum prohibens mulierem contrahere ſine certa ſolemnitate procedit etiam in contractu ſocietatis.*

Mundualdo Titul.

QVAERO, Nec vt ſciam reperi aliquē in ſpecie tangentem an mulier prohibita à ſtatuto contrahere ſine certa ſolemnitate, poterit locare, & cōducere, & vtique putarem dubiū non eſſe in locatione ad longum tem-
1 pus † q̄ dicitur alienatio vt ſupra dictum eſt, & multo magis etiam in conductione ad longum tempus in qua mulier de facili ledi poteſt, ſed in locatione non ad longum tempus, ſed non
2 dicum idē de facili dici poſſet ex † quo eſt proprie contractus. ut l. labeo.
3 §. cōtractum. ff. de verb. ſignifi. † Accedat etiam quod procedit tale ſtatutū in ſocietate, vt per Alex. conſ. 154. videretur li. 2. Lambert. in tract. de cōtrac. mulier. glo. 1. q. 10. nu. 20. penes quem plene materiam ſuam tractantē non reperi hanc quæſtionem in ſpecie poſitam.

SVMMARIVM.

1 *Ad locandum requiritur ſpeciale mandatum.*
2 *Procurator cum clauſula, tempus, & tempora, poteſt locare ad longum tempus.*
3 *Procurator cum clauſula al firmam, & annuam penſionem, poteſt locare ad longum tempus.*
4 *Procurator cum clauſula, quod poſſit omnia, & ſingula &c. poteſt locare ad longum tempus.*
5 *Procurator cum exceptione caſus ſpecialis, poteſt locare ad longum tempus.*
6 *Procurator cum libera, an poſſit locare.*
7 *Procurator cum clauſula rati an poſſit locare.*
8 *Procurator Domini ſoliti locare an poſſit locare.*
9 *Procurator ad locandum an poſſit in conſequentiam præiudicare Domino, liberare conductorem, & ſimilia facere.*

10. Pro

10 *Procurator ad locandum promittens molestiam non inferre an domino praeiudicet.*
11 *Locatio facta per procuratorem reuocatum an valeat.*
12 *Procurator ad locandum an possit pensionem recipere.*
13 *Conductor à procuratore, uel sindico non dicitur in mora, non constito, de mandato uel non secuta ratihabitione.*

Procuratoribus Tit.

QVAERO nunquid ad locandum requiratur speciale mandatum: † Textus in
1 c. qui ad agendum, in verbo pacisci, videtur tenere quod sic, maxime in locatione ad longum tempus quae sapit alienationem ad quam requiritur speciale mandatum vt ibi notatur per Franch.

2 Quod † maxime procedit si dicatur in instrumento ad locandū ad tēpus, & tempora, quia per hanc clausulam poterit locare ad longum tempus. Grat. consi. 96. num. 2. vol. 1.

3 † Similiter si dicatur vt possit locare ad firmam, & annuam pensionem. Bartol. & alij in authen. ingressi. C. de sacros. eccles.

4 † Quid si non specificetur ad locādū, sed adsit clausula, quod possit omnia, & singula exercere quae ipse dominus. Vtique sic, Grat. in d. cons. 96. nume. 16. vbi similiter addit quod procu
5 rator constitutus, † cum exceptione alicuius casus requirentis speciale mādatum poterit se intromittere in alijs, & sic locare.

6 † Quid si sit cōstitutus procurator cū libera. Pedem. decis. 36. nu. 36. Franc. de Marc. decis. 6. 93. cu. seq. par. 2.

7 † Quid si sit apposita clausula Rati. Boer. decis. 283. nume. 7. Did. c. var. resolut. li. j. c. 6. in rub. de testam. part. 2. num. 4. Turzan. conclus. 16. & 32. Soci. reg. 393. & sequenti.

8 † Quid si dominus erat solitus locare, uel consuetudo loci hoc permittebat, Anton. Gabr. de consuetu. cōclu. 1. nu. 21. cum sequent.

9 † Pone constitutus procurator ad locandum, poterit ne in consequentiam praeiudicare dom no, & facere ipsum incidere in poenam, uideas Benint. decis. 94. dicens hanc materiam quotidie in palatijs occurrere, & dat formā conceptionis uerborū, & adde in materia quod sic. Aret. consi. 42. col. fin. consil. 51. col. 2. Rom. consi. 162. Bal. de praescri. in 2. part. quintae part. principal. q. 3. nu. 8. Bero. consi 116. nu. 1. vol. 1. Couar. var. relect. in 2. part. in prin fol. 157. & haec est cōmunis opinio. * Ancar. q. familiari. 50. nu. 10. part. 2. & in caducitate praesumptiue remissa per procuratorem Cels. Hug. cons. 26. nu. 91. & ad declarandum dubium, & liberandum conductorem, Castrens. cons. 34. vol. 2. Rui consi. 142. nu. 4. vol. 2. Bursat. consi. 104 nu. 15. vol. 1. dicēs hanc esse communem.

10 † Quid si procurator ad locandum in instrumento promiserit molestiā non inferre praeiudicabit ne domino quominus reauferre possit ad usum propriū? Vtique non, Natt. consi. 25. vol. 1.

11 † Pone cōstitui pcuratorē ad locādū tibi domū, antequā accedat ad te, poenitet me, & ille ignorans locat, ualebit ne. vtique non quia deficit consensus. not. in capit. 1. de procur. libr. 6. teneor tamen ad interesse. Bald. in l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi

Angel. in l. si procuratorem absentis. ff. de procu. Ias. ad Port. in rubr. institu. de oblig. ex consens. contra opinionem Glos. in l. 1. ff. de contr. empt.

12 Et † procurator cõstitutus ad locãdum an possit pensionem recipere de hoc plene dixi ad regulam cum quid. part. 1. ampliat. sexta, num. 12. cum sequent. Cui adde Stra. de mercat. in titu. de mandat. num. 23. cum sequen. apostill. ad Alexan. in l. rescriptum. §. fin. in litera. H. de pact.

13 Et ille cui facta est locatio per certos homines tamquã Sindicos vel procuratores talis loci antequam appareat de mandato vel sequuta sit ratificatio, non dicitur esse in mora, Ruin. consi. 153. nume. 7. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus, uel amens locare non potest.*
2 *Conductor furiosi tenetur ad pensionem iustam taxandam arbitrio iudicis non ad pensionem conuentam.*

Bonis eorum Tit.

QVAERO an furiosus vel amẽs possit locare? † Vtique non in statu furoris. 1

Et conductor si sit vsus re conducta, tenetur non ad pẽsionem cõuentam, sed ad iustam, & honestam pensionem arbitrio boni viri, iuxta l. si fideiussor. §. meminisse, de leg. 1. Soci. in l. qui Romæ, § cohæredes. nu. 30. ff. de verbo. obliga. Bertach. in terminis locationis in quinta par. nume. 4. Tiraquell. de retract. in præfatione nume. 28. Cephal. in terminis consi. 740. nume 22. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta non potest locare rem emphiteuticam ad longum tempus, secus ad modicum, vbi de communi.*
2 *Limita nisi in concessione esset data licentia.*
3 *Limita etiam nisi in instrumento esset apposita clausula reseruato beneplacito, vel clausula si & quantum de iure possum.*

Iure emphiteutico Tit.

QVAERO principaliter, nunquid emphiteuta possit locare rem emphiteuticã, & vtique ad modi-
1 cum † tempus potest, ad longum autem minime posset nisi in loco vigeret consuetudo ita post alios concludit, Clar. in §. emphiteusis. quæst. 19. Apostill. ad Alexan. consil. 119. in fine libr. 3. dicens ita cõmmuniter obseruari.

Et quod dictum est de locatione ad longum tempus vt emphyteuta facere non possit vltra adducta per Iul. Clar. vt supra.

2 † Limitã primo nisi in cõcessione esset data licentia, vt per Ias. in d. l. 2. C. de iur. emphi. vbi nu. 3. dicit hanc esse commũnem opinionem.

3 † Limita secũdo nisi in locatione ad longum tempus essent appositæ clausulæ conseruatiuæ ut dicunt medici. Reseruato beneplacito, vel consensu domini, si & quantum de iure possum nõ aliter nec alio modo, vt concludit Paris. dicens hanc esse communem opinionem, consil. 5. in fine. vol. 4. Cautus igitur erit emphiteuta in concipiendis verbis instrumenti. maxime tẽporibus istis quibus Domini directi oculis lin

ceis

ceis & penetratiuis sub colore boni tendunt ad caducitates.

4 † Limita tertio vt non procedat in locatione ad longũ tempus cum expressa reseruatione vtilis dominij quo casu emphiteuta non cadit, secus si simpliciter esset appositum pactum de affrancando, per quod non impeditur translatio utilis dominij. ita in terminis declarat Rui. consil. 148. vol. 1. vbi etiam dicit quare requiritur dominus si nihilominus conducere non posset vti rẽ propriam. l. neque pignus. ff. de reg. iu. respondet quod posset cõducere respectu vtilis dominij & possessionis naturalis existentis penes emphiteutam, vnde talis requisitio nõ est modo aliquo frustratoria. & emphiteuta locando cadit.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an possit sine consensu domini feudum alteri locare.*

Quib. mod. feud. amittatur Titu.

QVAERO an vasallus possit locare feudum alteri sine consensu domini, & vtique sic ad modicum tẽpus, sed ad lõgum tempus nullo modo potest sine consensu domini. Bald. in cap. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amitt. quem omnes sequuntur, vt dicit Iacobi. in verbo & cum pacto de
* non alie. nũme. 13. & hæc est communis *opinio vt dicit Cur. iun. de feu. in 4. part. in vlt. causa amissionis feudi regula. 1. q. 3. Bertran consi. 8. nu. 4. libr. 2. Iul. Ciar. in §. feudum. q. 33.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest locare bona dotalia constante matrimonio.*

2 *Vxor non tenetur stare locationi factæ per maritum si decedat durante locatione, sed conseruare indemnem maritum, ubi de communi.*

3 *Vxor potest locare aliqua bona, & postea nubendo maritus nõ tenetur stare locationi.*

4 *Declara nisi scienter. ubi de communi.*

Iure dotium Tit.

QVAERO Nunquid locare posit maritus bona dotalia, & econtra vxor.

1 Et quoad maritum indubitata conclusio est quod potest durante matrimonio, vnde si locatione pendente matrimonium finiatur, vxor locationi
2 † stare non tenebitur sed conseruare maritum indemnem de gestis constante matrimonio. Bartol. in l. si filio famil. §. final. vbi Imol. Cuman. & alij. ff. solut. matrimo. Campeg. de dot. q. 23. part. 2. Aufrer. ad Tholos. quæstio. 420. est communis opinio. Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 15. nume. 5. Villalob. litera l. nume. 135.

3 Secunda sit quoad vxorem conclusio, † Vxor si locat aliqua bona, locatio valet, & si postea nubat, & talia bona per prius locata dẽt in dotem, maritus tali locationi stare non tenetur, nisi
4 sciens ea per prius locata, simpliciter, & scienter in dotem receperit. Rom. in l. si filio. §. final. nume 26. ff. solut. ma-
* trimo. Cuius opinio verior est, vt ibi Alexan. attestatur nume. 38. & Ias. nume. 35. Campeg. d. q. 23.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Possessor ex primo decreto non potest locare ad longum tempus, secus ad modicum.*

2 *Missus in possessionem ex primo decreto tenetur stare colono.*

3 *Missus in possessionē ex primo decreto, si moretur in re p aliquot annos tenetur cōputare legitimā pensionē in sortē.*

Bonis authoritate Iudicis posſidendis Tit.

QVAERO principaliter. Aliquis est missus in possessionē ex primo decreto, poterit ne locare? Hanc quęstionem mouet Bal. in autent. ei qui. col. 17. vers. vlterius quęro C. de bon. author. Iud. posſid. & cō
1 cludit posse ad breue non autem longum tempus, ex quo ista est alienatio, quæ per istum fieri non poslet, sequitur & valde commendat Ias. conſ. 24.
2 nu. j. & missus † in possessionem ex primo decreto, vel aliàs ex sententia Iudicis tenetur stare colono, vt per Pedemont. decisio. 82. & infra. q. 40. concluſ. 19.

Sed pone quod iste sic missus moratus fuit, & habitauit per aliquot an
3 nos cōputabit ne pensionem, † quæ percipi potuisset in sortem principalem? Vtique non, concludit Bal. in d. auten. ei qui. nu. 64 sequitur Alex. conſ. 14. in fine vol. 5. Ias. in l. in summa. num. 6. §. fin. ff. de condict. indebit. vbi reputat valde notabi'e, in actu practico, licet contrarium sentire videatur Sebaſ. Med. in tract. de compenſat. part. j. q. 9. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest locare pignus siue rem hypothecatam etiam proprio domino.*

2 *Locatio facta per creditorem domino de re pignorata intelligitur respectu possessionis tantum.*

3 *Creditor non est Dominus rei pignoratæ.*

Pignoribus & hypotecis, Tit.

1 QVAERO Nūquid † creditor possit locare pignus, siue rem hipotecatam? & certe sic etiam
2 ꝓprio domino, & † intelligetur facta conductio respectu possessionis tantū
3 ex † quo creditor nō est dominus rei pignoratæ ita not. gloſ. in l. cum & fortis. §. final. vbi Bart. ff. de pignor. act. sequitur Castrē. per illum textum in l. qui pignoris ff. de acq. poſſeſ. Alex. in l. si rem alienam. nu. 30. ff. eod. sequitur Negusant. de pignor. in 1. memb. 3. part. sub. nu. 31. ibi secundo declara.

SVMMARIVM.

1 *Possessor maioratus non potest locare ad longum tempus bona perpetuo in familia relicta, & si fiat successor stare non tenetur.*

2 *Quid si locet, postea reuocet, vbi de communi.*

3 *Quid stante specifica, & expressa prohibitione.*

4 *Locans bona prohibita ad longum tempus tenetur ad restitutionem fructuum.*

Qua-

5 *Quatuor declarationes ad dictam regulam.*
6 *Prohibitus alienare potest locare colono partiario.*

Possessore Maioratus Tit.

QVAERO Principaliter de alia vtili & quotidiana quæstione, an possessor maioratus, vel possidens bona perpetuo in familia relicta, possit ea locare? Hæc quæstio vtilis est & in practica passim contingens vt Doct.
1 omnes attestantur, † & communis, & vera est resolutio, quod ad longũ tempus non potest, & si fiat per successorẽ reuocari poterit. Bartol. & alij in l. codicillis. §. instituto. ff. de le. 2. Castr. ad l. si quis domum. §. 1. nume. 3. ff. locat. Bal. in l. emptorem. nume. 5 & 6. C. locat. Ant. de Butr. consi. 40. & seq. nu 8.
* & hæc est communis opinio. * Cur. de feud. quæst. 14. Emanuel Soarez in litera. C in verbo conductio. num. 194.
2 Quid si † talis prohibitus alienet, postea reuocet alienationẽ excusabitur ne ex tali reuocatione? Vtique non, & hęc
* est magis communis opinio, * de qua testatur Ias in l. final. quæst. 20. sub nume. 135. C. de iur. emphit. Grat. consi. 133. nume. 2. lib. 2. Rip. ad l. in quartam. nume. 55. ff. ad l. Falcid. Soc. Iun. cons. 20. nume. 38. libr. 2. Iul. Clar. in §. emphiteusis. quæst. 13. vers. sed quid si &c.
3 Et fortius † allegata cõclusio procedit stante expressa, & speciali prohibitione, puta quod nõ solum reliquisset bona familiæ, sed ea expresse alienari prohibuisset. cum potetior sit expressa prohibitio. ex glos. in l. nullã. C. de iur. do. Tiraq. lat. de iur. primog. quæst. 61. & quam maxime apponendo aliqua verba magis declaratoria prohibitiuæ voluntatis: puta quoquo modo &c. iuxta glos. in Clem. 1. in verbo aut earũ &c. de for. competen. iniquum sane videtur & æquitati repugnás, successorem Maioratus fraudari possessione rerũ, easque penes extraneos videre contra voluntatem primi instituentis. Curt. Iun. consil. 25. Dec. consi. 545. num. 3. Egregie Afflict. lib. 2. titu. de inuestit. de re non rite fact §. quid ergo. nume. 21 Gozad. consi. 25.
4 † Sed numquid talis sic ad lõgum tẽpus locans teneatur ad restitutionem fructuum? vtique sic ex quo est in mala fide, immo fraude alienando contra testatoris voluntatem & prohibitionẽ. Ias. in terminis consil. 24. in fine lib. 1.
5 Declaratur tamen † allegata cõclusio, vt non procedat, nec habeat locum in prohibito alienare sub pœna, quia poterit locare ad longum tempus. capit. nulli in verbo alienatione de rebus eccles non alienand. Castrens. consil. 25. part. 1. Socin. regul. 25. Alienare prohibitus.

Secundo loco declaratur allegata conclusio quando volumus intelligere de alienatione ꝓprissime sumpta, quo casu venit translatio dominij directi, & sic poterit fieri locatio ad longum tempus, sed de alienatione proprie intelligitur locatio ad longum tempus, si vero improprijssime intelligitur de obligatione ita, declarat Bal. in capit. 1. §. vt libellario, quibus mod. feud. amitt. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles.

Tertio loco declaratur, vt non procedat quando ratio legis est in contrarium, vel quando dispositio est contra rationem uel continet ius singulare. l. final.

fina. vbi not. C. de præd. Curial. lib. 10. Bal. in auten. ei qui. C de bon. author. Iud. possiden. col. ante penultim. versi. vlterius quæro &c.

Quarto loco declaratur in prohitionibus odiosis, puta si testator prohibuisset alienari in consortes, nam hoc casu valebit alienatio, seu locatio, secus in nō odiosis. Bal. in l. final. C. de rebus alien. non alienand. Socin. regu. 25. fallent penult.

Quid in Colono partiario an ei
6 prohibitus alienare † possit locare ad longum tempus? vtique putarem quod non ex doctrina Bald. cons. 302. videtur prima fronte lib. 1. vbi tenet quod sit socius.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius potest locare vsumfructum, & locatio durabit durante vsufructu.*

2 *Hæredes vsufructuarii non tenentur ad interesse, si vsufructuarius moriatur ante finitum tempus, sed fit remissio pro rata.*

3 *Successor in usufructu non tenetur stare locationi ipsius.*

4 *Vsufructuarius ex æquitate debet potius locare proprietario quàm alteri.*

5 *Locatio vsusfructus facta à proprietario non extinguitur morte ipsius, sed conductoris.*

6 *Vsufructuarius locans ad quinquennium si moriatur interim, conductor non potest repetere expensas ab eius hærede.*

7 *Locatio vsusfructus non transit ad hæredes, nisi sit facta mentio in instrumento de hærede.*

8 *Duæ limitationes ad regulam de locatione vsusfructus.*

9 *Vsusfructus locatio transit ad hæredem primum tantum, ulteriores excluduntur.*

10 *Hæres vsufructuarii potest agere ad mortem.*

11 *Vsus locari non potest.*

12 *Habitatio locari potest.*

13 *Intellectus ad l. cum antiquitas. C. de usufructu.*

14 *Vsufructuarius locando usumfructū proprietario, qui alteri locat, an præiudicet vsufructuario.*

Vsufructu Titul.

1 QVAERO Principaliter nūquid vsufructuarius possit locare vsufructum. † Et vtique sic & durabit du-
2 rante vsufructu, † nec hęredes vsufructuarij tenentur ad interesse si moriatur vsufructuarius ante finitum tempus, sed fit remissio mercedis pro rata, & ita est. l. clara in l. si quis domum.
3 §. 1. vbi materia sua. ff. loc. nec † successor in vsufructu tali locationi stare tenetur. Papiens. in forma libelli quo agitur ad ficti præstationem, in gloss. soluere neglexerit, numero 6. & ex
4 quadam † equitate vsufructuarius debet potius locare proprietario quàm alteri propter affectionem, & connexitatem. Boer. decisio. 107. sub numero quarto, Borgnin. de vsufruct. mulier. sub numero 173. prope finem.

5 Notandum est etiam † quod si sit facta locatio vsusfructus, & sit facta à proprietario non extinguitur eius morte sed conductoris. l. necessario §. final. ff. de pericul. & commod. rei vendit. & ideo si vsufructua-

6 rius locat ad † quinquennium si interim moriatur, & conductor fecerit impensas, illas non repetit, item ubi fructuarius locasset ut dominus. Ias. in addit. ad Port. in §. item quæritur litera. C. instit. de locat.

7 †Nec locatio vsufructus transit ad hæredes conductoris, nisi in instrumento sit facta mentio de hæredibus, & isto casu dicitur nouus usufructus. Aret. in §. final. instit. de locat. ubi dicit secus esse si fructus alicuius prędij essent locati, quia tunc ad hæredes transiret conductio. Boer. consilio 13. Petr. Rauen. singul. 374. Cremens. 171. locaui tibi.

8 †Declara tamen prædictã conclusionem in vsufructu uestium qui locari non potest quia censetur electa industria personæ. l. sed & si quid. §. vestimentorum. ff. de vsufruct. quod not. ad limitationem. l. arboribus. §. vsufructuarius. ff de vsufruct. nisi vestis sit funebris. Angel. in l. sed & si quid, de vsufruct.

Declara secundo & ita in instrumentando practicatur, & boni notarij hoc quandoque specificant vt ius personale in se locari, nec alienari possit, sed bene commoditas & facultas utendi. Port. in §. 1. numero 5. institu. de usufruct. idem declarans in vsu, & habitatione.

9 †Et quod dictum est, usumfructum transire ad hæredem dum est facta mentio de hærede intellige quoad primum tantum, ulteriores excluduntur. Angel. consil. 2. in princip. Notandum

10 est etiam † quod mortuo usufructuario locatore, hæres eius agat ad pensionem decursam usque ad mortem. l. defuncta. ff. de usufruc Castrens. consilio 213. numero 2. libr. 2. Alexand. in l. diuortio. numero 2. ff. solut. matrimo. Cephal. consilio 740. numero 30. libro 5.

11 †Quid in vsu an locari possit dic quod non. §. 1. institut. de vsu, & habitat.

12 †Quid in habitatione, utique locari potest. l. cum antiquitas. C. de vsufruc.

13 Quam legem & ad ipsius intellectum, & declarationem amplia, & extende vt procedat generaliter, siue habitatio concedatur per uiam vltimæ uoluntatis, prout textus aperte loquitur, siue quomodolibet inter viuos, vnde donans inter viuos cum reseruatione vsufructus habitationis, ipsam habitationem locare poterit iuxta dispositionẽ d. l. cum antiquitas, prout votauit sacrum consilium per Afflict. decisio. 401.

14 †Sed pone hic unum valde in fallor vtile, vsufructuarius locauit vsumfructum proprietario, qui alteri locat, an vsufructuario præiudicet. Vtique sic si nomine proprio proprietarius locet, secus si simpliciter tantum. Castrens. ad l. Pomponius. ff. quemadmo. vsufruc. amitt. ubi dicit esse casum singularem, & menti tenendum. Et quomodo succurratur usufructuario vide not. quæstio. 53.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non potest locare operas suas pro diuinis celebrandis, vbi de communi.*

2 *Sacerdos pro temporalibus potest locare, & pacisci cum aliquo pro morando in aliqua ecclesia pro Capellano. vbi de communi.*

Sacer-

dit ius diuidere, sed ius suum vult saluum remanere. saluo iure solidi, Vc-.i ron. caur. penul. Catel. Cotta in verbo creditor dicens in facto pluries eue nire in pluribus conductoribus.

6 Declara † secundo in pluribus conductoribus gabellarum vel tributorū qui si diuidant societatem tenentur in solidum nisi de consensu locantis diuiserint. vt not. Bar. in l. licitatio. §. socii ff. de publican. Petr. de Vbald. de duobus fratr. q. 13. prima par. principali.

7 Quid si sint plures † cōductores Rei debendi, an vno contra veniente, omnibus dicatur factum præiudicium. vtique sic Afflict. decis. 154. nu 5. Ronchegall de duobus reis l. 9. nu. 137. Cephal. conf. 9. nu. 7. Bursat. consi. 33. num. 12. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Domini duorum confinium coniunctim debent locare bona existentia in confinibus, & pensio communiter debetur.*

2 *Sindici locorum confinium possunt denuntiare delicta proprijs dominis.*

3 *Iudices in confinibus existentes cognoscunt delicta per præuentionem.*

Si in finibus Duorum. Titu.

QVAERO per quæ locabitur gabella, hospicium, & similia in confinibus duorum locorum diuersi territorij Vtique p vtriusque † & pēsio communiter diuidetur.

1

2 Bal. in penul. C. de cōdit. insert. † Petr. de Vbal. inferens etiam ad sindicos,

3 & Iudices in † delictis cognoscendis, part. 1. q. 22. de duob. fratrib.

SVMMARIVM.

1 *Si sunt discordes Domini in locando, præfertur ille, qui vult locare in prædio vrbano, & solito locari.*

2 *In prædio rustico, puta molendino, & similibus discordes in locando quis præferatur.*

3 *Discordes in electione personæ conductoris quid agendum, & quis præferatur.*

4 *Socius cogitur locare socio volenti habitare, & vti ad vsum destinatum.*

5 *Socius potest locare alteri totam domū integram, quæ non recipiat commodam diuisionem.*

6 *Fratres si sunt discordes in seminando agrum communem præfertur qui seminauit, nec debet dare partem fratri nolenti.*

7 *Si vnus ex fratribus locat partem domus homini malæ vitæ, frater non tenetur eum admittere.*

8 *Conductores plures si se in uicem impediant contra locatorem est agendū.*

Communi diuidundo Titu.

QVAERO, sunt plures Domini eiusdem rei, & discordes in locando quis præfertur?

1 Prima sit † conclusio, quando sumus in prædio urbano, & solito locari præfertur ille, qui uult locare, nolenti locare. Bal. in l. 1. in fine C. qui testam. facere poss. Ias. & Rip. in l. quominus. ubi Ripa nume. 138. de flumir.

2 † Secunda sit conclusio in prædio

Sacerdotali ministerio Tit.

QVAERO nunquid sacerdos possit locare operas suas? Respondetur
1 † quod non pro diuinis celebrandis, & esset simonia quādo in pactum deduceretur. Et hæc est
* communis opinio. * vt dicit Card. in Can. iud. vers. inea glo. j. q. j. Villalob. in sua recollecta. litera 5. nume. 62 Iul. Clar. in §. Simonia, vers. Quæro nunquid.
2 † Sed pro temporalibus licet locare, & paciſci cum aliquo, vt moretur in aliqua ecclesia pro Capellano, ita vt non habeat intentionem ad diuina, sed ad mensionem, vel ad laborem, quem sustinet, vel damnum, quod patitur ex mora. Angel. in uerbo locatio. num. 6. & in verbo Simonia. I. nume. 6. &
* hęc est communis opinio. * Soarez. literas. f. opin. 39. Armill. in verbo locatio nume. 6. Bursat. consil. 204. nume. 24. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Locatio uel conductio facta à pluribus intelligitur prouirili.*
2 *Quando sunt plures conductores in solidum, si unus soluat integram pensionem habet actionem pro rata contra alios.*
3 *Quando ratio contractus non patitur, conductio intelligitur facta pro ea parte quam quisque habet.*
4 *Socii plures si conduxerunt apothecam quisque obligatur in minori, uel maiori parte, quam habet.*
5 *Locator habens plures conductores in solidum obligatos agendo contra vnum sine protestatione præiudicat.*
6 *Conductores gabellarum, uel tributorū in dubio in[illegible]atur in solidum.*
7 *Si unus ex pluribus conductoribus in solidum contra ueniat, omnibus fit præiudicium.*

Duobus reis Tit.

IN Materia locationis, & cōductionis, quæro in materia de reis debēdi, si quis locat eodem contextu vnam rem pluribus, uel fit cōductio quomodo intelligatur, in solidum, vel
1 pro virili? † Vtique in dubio pro uirili parte, & pro rata nisi sit actum ut quilibet in solidū teneatur. l. si diuisa vbi Angel. C. locat. l. Item quæritur, vers. Duo ubi Castrens. ff. locat.

Et notandum est cum Castrens. in l. cum apparebit. ff. locat. de duobus reis in solidum, nam si loquamur in pensione exigenda potest ab uno tantum inte
2 graliter † exigi facta sibi cessione. 2 in re conducta.
3 † Declaratur tamen de conductione facta pro uirili, vt non procedat ubi ratio contractus id non patitur, ut si sit societas inter plures quorum unus uel plures pro vsu societatis conduxerunt
4 † apothecam si sit inequalitas partium in sociis, eatenus quisq; obligatur quatenus habet maiorem uel minorē partem in societate. Ita declarat Bal. cō si. 397. li. 3. secūdū, no. imp. & hoc quoad reos ipsos inter se, secus quoad locato rē, quia pro equalibus partibus astringi posset. Bald in l. j. quæst. 13. C. pro soc Angel in tract. societ. quæstio. 10. Petr. de Vbald. in 3. questio. 6. q. princip. Ronchegal. de duobus reis. l. 9. nume. 122. cum sequent.
5 Nota † tamen quod quādo sunt plures cōnductores in solidum obligati quod locator agendo protestetur in forma quod per receptionem partis non intē

dit

dit ius diuidere, sed ius suum vult saluum remanere. saluo iure solidi, Vero. caur. penul. Catel. Cotta in verbo creditor dicens in facto pluries euenire in pluribus conductoribus.

6 Declara † secundo in pluribus conductoribus gabellarum vel tributorũ qui si diuidant societatem tenentur in solidum nisi de consensu locantis diuiserint. vt not. Bar. in l. licitatio. §. socii ff. de publican. Petr. de Vbald. de duobus fratr. q. 13. prima par. principali.

7 Quid si sint plures † cõductores Rei debendi, an vno contra veniente, omnibus dicatur factum preiudicium. vtique sic Afflict. decis. 154. nu 5. Ronchegall de duobus reis l. 9. nu. 157. Cephal. cons. 9. nu. 7. Bursat. cons. 33. num. 12. vol. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Domini duorum confinium coniunctim debent locare bona existentia in confinibus, & pensio communiter debetur.*

2 *Sindici locorum confinium possunt denuntiare delicta proprijs dominis.*

3 *Iudices in confinibus existentes cognoscunt delicta per præuentionem.*

Si in finibus Duorum. Titu.

QVAERO per quæ locabitur gabella, hospicium, & similia in confinibus duorum locorum diuersi territorij Vtique p vtrunque † & pẽsio communiter diuidetur.

1 Bal. in penul. C. de cõdit. insert. † Petr.

2 de Vbal. inferens etiam ad sindicos, & Iudices in † delictis cognoscendis. part. 1. q. 22. de duob. fratrib.

3

S V M M A R I V M.

1 *Si sint discordes Domini in locando, præfertur ille, qui vult locare in prædio vrbano, & solito locari.*

2 *In prædio rustico, puta molendino, & similibus discordes in locando quis præferatur.*

3 *Discordes in electione personæ conductoris quid agendum, & quis præferatur.*

4 *Socius cogitur locare socio volenti habitare, & vti ad vsum destinatum.*

5 *Socius potest locare alteri totam domũ integram, quæ non recipiat commodam diuisionem.*

6 *Fratres si sunt discordes in seminando agrum communem præfertur qui seminauit, nec debet dare partem fratri nolenti.*

7 *Si vnus ex fratribus locat partem domus homini malæ vitæ, frater non tenetur eum admittere.*

8 *Conductores plures si se inuicem impediant contra locatorem est agendũ.*

Communi diuidundo Titu.

QVAERO, sunt plures Domini eiusdem rei, & discordes in locando quis præfertur?

1 Prima sit † conclusio, quando sumus in prædio urbano, & [illegible] præfertur ille, qui [illegible] locare. Bal. in l. [illegible] in fine C. [illegible] stam. [illegible] minus. ubi [illegible] dicitur.

† Secunda [illegible]

C [illegible]

ciorum in qua ratificatione quæ sint necessaria vide in hac prima parte in titul. rem ratam haberi.

5 † Et condictio facta, vt supra pro se, & socijs in aliquo casu non valeat, vel infirmetur si postea confirmetur, vel renouentur, cōducenti tantum, & eius personæ, non extendetur ad cōsocios. Et doctrina Bal. in cap. imperialem. §. 1. de prohibit. feud. alien. per Feder. in cap. 1. an agnat. vel fil. in l. 1. col. 2. de rerum diuis. Castrens. cons. 303. par. 1. late de prædictis omnibus Rui. consi. 90. & 91. vol. 1.

6 † Et si conductio facta pro se & socijs non valeat aliquo casu respectu sociorum, accrescit conducendi, vt dixi in tit. de iur. accresc. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ab arbitris ad locandum debet locare, nec tenetur in locatione persistere, vbi de magis communi.*

Receptis Arbitris Tit.

QVAERO arbitri condemnauerunt Caium ad locandum, si locat, & non persistit in locatione an dicatur satisfecisse compromisso. Imo tenuit quod non in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. cuius opinionem ausus est dicere communem Neuiz. consil. 5. nu. 6. versic. quinto respondetur.

1 † Contrarium tenuit Barto. consi. 181. præcepit Arbiter. lib. 1. & in l. inter castellianum. ff. de arbitr. & hanc dixit communem. Ias. in d. §. meminisse nu. 22. & veriorem dixit Iacob. Menoch. de retinend. possess. remed. 1. nu. 88. & in practica tenendum, Ias. vt supra nu. 14 Lanfranc. de arbitr. part. vltima. q. 41. nu. 87.

SVMMARIVM.

1 *Colonus coloni mei est colonus meus respectu rei, non obligationis.*

Colonò Coloni Tit.

QVAERO † an colonus coloni mei sit colonus meus? Vtique non respectu obligationis, sed bene respectu rei quæ est eadem. Bal. in l. 1. nu. 9. C. commu. de leg. sequitur Dec. in l. consilii. §. socii. ff de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor domus à non domino potest expelli propria authoritate à vero domino.*

Si quis à non Domino Tit.

1 QVAERO † an qui conduxit domum à non domino, possit expelli propria authoritate à vero Domino. Vtique sic. Bar. in l. si seruus. ff. quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor famuli, vel operarii potest eum delegare.*

2 *Pecunia per famulum acquisita acquiritur Domino.*

3 *Conductor famuli potest eum delegare in operibus mechanicis, vel fabrilibus, secus in obsequialibus.*

4 *Conductor famuli non potest eum delegare rixoso, vel alias otioso.*

5 *Conductor famuli non potest eum delegare, vt seruiat extra locum.*

De

De legationibus.

QVAERO de pulcra in practica quæstione secundum Angel.
1 Conductor † famuli vel operarij an possit eum delegare? Vtique sic. l. operę rerum. ff. de oper. libert. l. homines. l. vxori. §. Serapium. ff. de vsufruct. legat. Cum nemo prohibeatur alteri locare, dixi supra
2 † Et pecunia per famulum acquisita acquiritur Domino. l. patronus, & l. si libertus. la. 1. ff. de oper. libert. Vidi ad hoc propositum in Patria Tuderti na multos dominos vilis conditionis mittere famulos ad metendum, & acquisita eis consignari, vel in salarium computari.
3 † Declara in operibus fabrilibus, & mechanicis secus in officialibus, vel obsequialibus, ita Bart. & ibi Iaf. nu. 16 ff. de condict. indeb. in l. si non sortem. §. libertus. Castrens. in l 2. in princip. ff. solut. matrimo.
4 † Declaratur secundo nisi operanti fieret preiudicium quia alter dominus esset odiosus, vel aliàs odioso Castrens. in d. § libertus nu. 10. Petr. Rauenn. in suo Alphabeto, in verbo quadriennij col 3. Bonacoss. q. 56. de famul.
5 † Declaratur tertio quando vellet vt extra locum seruiret. l. vsuras, & ibi no. C. de solut. Duenn. reg. 304.

SVMMARIVM.

1 *Emptor fundi cum pacto ne exeat manus suas potest locare ad modicum tempus secus ad longum, vbi de communi.*
2 *Per locationem ad longū tempus transfertur vtile dominium.*
3 *Emptor fundi cum pacto ne exeat manus suas non potest locare in potentiorem, & alienando contrauenit pacto.*

Verborum significatione.

1 QVAERO de pulchra quæstione † vendidi tibi fundum, cum pacto ne exeat manus tuas, si locas alteri ad tempus an dicaris pacto cōtrauenisse. Vtique nō in locatione ad modicum tempus, secus
2 ad lōgum per † quam transfertur vtile dominium vt supra dictum est, in quęstionibus pręcedentibus, ita Bart, in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. vbi Iaf. nu. 6. dicit hanc esse communem opinionem. Petr. Girard. singul. pri.
3 † Declaratur nisi facta sit locatio in potentiorem à quo non sit verisimilis recuperatio, vt per Fulg. in allegata. l. manumissiones. arg. l. qui habebat, in princip. ff. de leg. 3.

SVMMARIVM.

1 *Milites conducere non possunt.*
2 *Limita.*
3 *Clerici benefitiati cōducere non possūt.*
4 *Declara primo casu lucri.*
5 *Declara secundo per viam successionis.*
6 *Intellectus ad cap. cum quid vna via de reg. iur. lib. 6.*
7 *Decuriones non possunt conducere.*
8 *L. milites & l. curialis. C. locat. non sunt in vsu.*

Quibus non est permiss. conduct. esse.

VIDIMVS quę personæ possint vel non possint locare, quę res locari possint, mō ponā aliquas personas conducere non valentes

 milites

Milites cōducere † non possunt l. milites. C. locat. & exercentes ipso facto repelluntur, Specul. in titul. de locat. §. 2. versic. 47.

2 Limita vt conducere † possit domū pro sua habitatione, & pro equis suis quia sic his milites deseruire nō possent, neque hoc à militia degenerat, gl. Cin. & Bal. ad d. l. milites.

3 Altera sit conclusio † clerici beneficiati non possunt esse conductores secus in simplici Clerico qui non est in sacerdotio, vt post Cyn. not. Bal. ad l. milites C. locat.

4 Declara vt non possint, † conducere causa lucri, secus si sustentationę victus vel ob aliā honestā causam, vt no. Abb. ad cap. 1. sub nu. 8. extr. ne Cler. vel mon. sum. Ang. in verbo Clericus 5.

5 Declara secundo vt succedens † conductori possit permanere in conductione vsque ad prę finitum tempus, ita limitat glo. not. in cap. peruenit de decim. per text. not. in l. decurio §. de decur.

6 Vnde infertur notabilis † declaratio ad cap. cum quid vna via lib. 6. vt procedat quando aliquid prohibetur alicui attento effectu quo casu nulla alia via ad id admitti debet, sicut mendicātibus prohibetur tenere bona immobilia nec tenere poterūt etiam iure hęreditario vt in cle. exiui, de verb. signifi. secus si prohibitio fuit attēto modo prout clericis prohibetur conductio attēto modo. §. propter cupiditatē, q ę ratio cessat si alijs in cōductionę succedant. Ter-

7 tia sit cōclusio † decuriones non possūt conducere l. curialis. C. loca. succedunt tamen cōductori l. decurio. C. de decu.

8 Notādum tamē † est quod l. milites & l. curialis cum similibus. C. locat. hodie nō sunt in vsu, vt not. Ang. in verbo locationū, 10. vbi Addi. in litera. C.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta per Rectorem ecclesiæ ad tempus modicum & à iure permissū nomine proprio, & ad propriam vtilitatem valet durante vita locatoris, nec successor ei stare tenetur, vbi de communi.*

2 *Locatio facta per Rectorem ecclesiæ hospitalis vel confratriæ ad tempus modicum valet, & successor stare tenetur, dummodo sit locatio ecclesiæ vtilis, vbi de communi.*

3 *Præbendarius, siue simplex beneficiatus non potest locare vltra tempus vitæ suæ, vbi de communi.*

4 *Locatio rei ecclesiæ facta ad vitam alicuius non valet nisi seruatis solemnitatibus à iure requisitis in bonis ecclesiasticis alienandis.*

5 *Declarationes quinque ad extrauagantem Pauli secundi incipientem Ambitiosæ.*

6 *Paulina ambitiosæ, insit in vsu, vbi de communi.*

7 *Ex dispositione sacri concilii tridentini locationes rerum ecclesiasticarum non valēt à triginta annis citra, vel ad annos viginti nouem.*

8 *Sollemnitas an præsumatur interuenisse in locatione ad longum tempus bonorum ecclesiasticorum.*

9 *Decretum superioris in aliquo cōtractu facit vt locans præsumatur habere administrationem.*

Bonis Ecclesiæ non alienandis Titu.

VIDIMVS de aliquibus personis locare volētibus, vel nō, tractabimus modo de rebus, & quæro principaliter, an rector ecclesiæ, vel prælatus

tus possit locare bona suæ ecclesię, materia ista est vtilis, freques, & quotidiana, vt dicit Redoan. de rebus eccle. q. 6. cart. 34. vnde ponemus aliquas principales conclusiones.

1 † Prima sit ex mente rotæ decis. 232. in nou. locatio facta per rectorẽ ecclesiæ ad tempus modicum, & a iure permissum, & nomine proprio ipsius rectoris, & ad propriã vtilitatem, valet, & tenet, durante tantũ vita ipsius locatoris, nec successor ei stare tenetur, ita tenet Rot. vt supra cum qua concordat Anch. consi. 16. Paul. Castren. cons. 2. libr. 1. & hæc est communis opinio, de qua testatur Socin. consi. 34. lib. 3.

2 † Secunda sit conclusio, locatio facta per rectorẽ ecclesiæ nomine ipsius ecclesiæ, vel rectorem alicuius hospitalis, vel confratriæ, ad tempus modicum, & à iure permissum, valet, & tenet, & successor ei stare tenetur dummodo locatio ecclesiæ sit vtilis, ita etiam sentit in allegata decis. 232. in nou. & est cũ ea communis opinio vt testatur Abb. in cap. fin. & ibi etiam Anan. col. 4. ne Prælat. vic. suas. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. .. sentiens contrà rotã & eam sequentes quod ẽt si non appareat de vtilitate ecclesiæ, successor via, & remedio ordinario stare teneatur sed succurratur ei via restitutionis in integrum stante lesione, quo casu locatio subsistit, licet rescindi possit Nat. consi. 517. vol. 3. dicens quod si locat vtrector facit nomine ecclesię.

3 † Tertia sit conclusio. Præbendarius siue simplex beneficiatus locare nõ potest vltra tempus vitæ suæ. Rot. in allegata decis. cum qua tenet lap. alleg. 80. Barbac. in rub. de rebus eccles. nõ alic. Socin. consi. 32. col. 1. lib. 1. & hęc est communis opinio. Paul. Castren. consi. 4. lib. 1. Redoan. de rebus eccles. q. 6. nu. 6. cart. 35.

4 † Quarta sit conclusio locatio rei ecclesię facta ad vitam alicuius non valet, nisi seruatis solemnitatibus à iure requisitis in alienationibus rerũ ecclesiasticarũ. Anca. Card. & Imo. in cle. . de reb. eccl. nõ aliẽ. Alc cons. 19. vol. 3. & cõsi. 165. li. 3 Dec. cõsi. 204. nisi ex verisimili cõiectura talis in cuius vitã confertur locatio, non esset victurus per annos decem. Redoan. vt sup. vers. Item ex præmissis &c. num. 3. Didac. var. resolut. lib. 2. cap. 16. nu. 3. Et hęc secundum iura antiquiora canonica.

5 Quinta sit conclusio ex constitutione Pauli secundi, quę incipit ambitio, sc. inter extrauagantes communes in titul. de rebus eccles. Prohibetur locatio rerum ecclesię vltra triennium sub varijs pęnis ibi adscriptis, & pręsertim excommunicationis quę procedit, & habet locum etiam si in instrumento locationis esset dictum, vt tot sint locationes, quot triennia, & intelligatur renouata de triennio in triẽnium, & hęc est communis opinio. Alex. in l. si filio. §. si vir. col. final. ff. solut. matrim. reputat notabile in actu practico, & dicit passim occurrere Io. de Amo. dialo. 18. idem dicit singul. 66.

Secundo loco ampliatur dispositio dispositio dictę extrauagantis, vt necetiam mandatum ad locandũ vltra triennium fieri possit, & non intelligatur vltra primum triennium, ne fiat fraus legi, quod qui non potest per se, faciat per procuratorem. Dec. egregie amplians consi. 282. Tertio amplia vt nõ solum procedat in bonis ecclesię, sed in bonis atque etiam in pecunia legata ecclesię, vt inde emantur bona. Io. de Am. comment. 9. dicens notandum

pro ampliatione

Declaratur dicta extrauagans, vt procedat si locatio facta sit vltra triennium vt valida sit quoad triennium tantum nec in hoc vtile per inutile vitiatur. Bald. in authen. quas ruinas. C. de sacrosf. eccle. Alex. consi. 38. lib. 2. & hęc est communis opinio, vt per Ias. & Deci. in authen. qui rem. C. de sacrosf. eccles. Tiraquel. de retract. part. vlt. nume. 144.

Quę subdeclaratur vt procedat nisi ex probabilibus coniecturis appareat, locatorem, aut conductorem non minori tempore rem illam vel locaturum, vel conducturum, puta si pro conductione annorum octo dederit scutos tot, vel sit conuentum, vt vnica tantum pensio pro toto tempore soluatur, hoc enim casu in totum, & omnino vitiatur locatio, vt expresse cecidit Bald. consil. 475. lib. approbatus ab Andr. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 23. glo. 5. nu. 10. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 16. versic ex his etiam &c. & sane negari non potest quin dicta declaratio sit communis, vt dictum est, tamen verba dictę constitutionis illi multam repugnant, ibi locationem aliter factam nullius omnino roboris esse.

Declaratur secundo vt extrauagans procedat in bonis ex quibus quolibet anno fructus percipiuntur, alioquin si res ecclesię sint eius conditionis, vt ex eis quolibet triennio vnica vice percipiantur fructus, vtique ad nouem annos locatio fieri poterit, Barbat. in rubric. de reb. eccles. non alien. num. 52. sentit Ias. post alios in l. diuortio. §. quod in anno. in 3. notab. ff. solu. matrimo. in l. 2. col. 2. C. de iur. emphit.

Declaratur tertio vt dicta extrauagans procedat in locatione bonorum, secus fructuum, & redditnum quorum locatio vltra tres annos fieri poterit. Redoan. de rebus ecclesi. non aliename. cart. 349 versi. & extrauagans. nume. 5.

Declaratur quarto loco quando in instrumento locationis factę vltra triennium esset apposita clausula. Quod per talem locationem vltra triennium non intelligatur in conductorem translatum vtile dominium. Arno. sing. 72. & cautel. 13. dicens esse optimam cautelam, & declarationem de qua tamen vide supra in q. de minore.

6 † Et licet multis casus dicatur dubius an dict extrauagans sit vsu recepta. Benintendius tamen decis. 3. attestatur Romę passim obseruari. Crescent. decis. 150. Prælatus iurans, in titu. de iur. iurand. dicit quod in aliquibus locis non est recepta, est eiusdem sententię Mohesid. decisio 219. & 240. in titul. de locatio. Couarruu. in allegat. capitu. 16. sub nume. 6. versicu. quinto in fine dicit apud Hispanos, modo vsu receptam, modo non, arbitrio iudicantis. Vnde in locis vbi obseruatur, hęc pauca ad vtilitatem collegisse placeat.

7 † Sexta sic conclusio iure nouissimo ex dispositione sacri concilij Tridentini locationes rerum ecclesiasticarum, etiam authoritate sedis Apostolicæ confirmatæ a triginta annis citra ad longum tempus, vel ad annos, vt dicitur, viginti nouem irritę penitus, & inualidæ sunt. can. 11. sess. 25.

8 Sed quæro ad materiam. † l. sciendum. ff. de verb. obligat. Num quid in locatione ad longum tempus in bonis ecclesię, præsumantur debitę sollennitates interuenisse? Vtique non quando de fundamento locationis constat

per

per instrumentum, ex cuius lectura tales debitæ solennitates non apparent etiam si tempus esset immemorabile annorum ducentorum, & vltra, & apparent annales solutiones vniformes. Alex.cons.1.col.penult.vol.4. Socin.
* Iun.dicens cōem cons.56.nu.22.vol.2.Cranet.de antiquitate tempo.part.2.nu.28.cum sequent.Burs.cons.23.16.vol.1.

Et si in locatione bonorum ecclesiasticorum appareat † decretum superioris, facit vt locans dicatur habere administrationem licet hoc non appareat expressum.Natta loquens in milite Hierosolimitano alienāte cum licētia Protomagistri, cōsilio 517.vol.3.

Additur etiam quod locatio ad longum tempus facta per prælatum & capitulum ex iusta causa & cum debita solennitate, admittitur licet aliās non
* admitteretur. & hæc est communis opinio.Rui.cons.157.vol.j,Rol. cōs.95.nu.20.vol.1.Mich. Grass. conclus.33.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus an possit locare ad longum tempus annuos redditus sine sollennitatibus.*
2 *Quid in minore.*
3 *Quid in administratore Ciuitatis*
4 *Ampliatio ad cle. 1. de reb. eccle.non alienand.*
5 *Ampliatio ad titul.ff.de reb.eorum.*
6 *Annui redditus vt proprie sint quæ requirantur.*

Annis Redditibus.

QVAERO vtiliter an prohibiti sine certa solennitate alienare, vt Prælatus, Minor & similes ossint locare ad longum tempus annuos redditus sine tali solennitate.†Et vtique
1 non si sūnt perpetui vel longi temporis.in Prelato ponit Marian. in tract. oblat.col.14.quē sequitur Tiraquell. de retract.lignaier.§.1.glos.4.nume.
2 23.de minore ponit† Pars. optime id declarans cons.53.nu.15.& cons.85.num.10.lib.3.Nicol.Bello.cons.
3 23.nu.10.Rolan.cons.54.nu.9.lib.2. Iacob.Meno.cons.29.num.16.lib.1. Dom.Simoncel.in trac.de decre.lib.3 titul.8.in spect.7.in fine.De administratore ciuitatis Bart.in l.final. C. de vend.rerum ad ciuit.pertin.lib.11.ex quib.infertur ampliatio ad clement.1.de reb.ecclef.non alienand.vt procedat in locatione ad longum tempus de annuis redditibus.
5 †Infertur secundo ampliatio ad titulum ff.de reb.eorum & alia iura prohibentia minorem sine certa solennitate alienare, vt extēdantur ad locationem ad longum tempus de annuis redditibus.
6 † Et annui redditus vt prædicta procedant percipi debent ex re immobili seu stabili secus si de re mobili. Bal.in cap.1.de contr.interuasal. & episcop.col.2

Secundo debent esse ad longum tempus.Federic.de sen.cons.12.Bal. in l.priuilegia,circa finē. C. de sacros. ecclef.Angel.in l.si constante.§.si bona ff.solut.matrim. Alex.ad Bart.in l.mōnetium.ff.de uerb.significat.Rui.cōs.82.col.j.uol.2.

Declara nisi esset eadem ratio prohibitionis etiam in redditibus ad modicum tempus. Marian. in tractatu oblat. quæstione octaua Ant. Gabr. de uerb. significat. cōclus. 8. num.3.in fine.

Vn-

SVMMARIVM.

1 *Possessor ex primo decreto non potest locare ad longum tempus, secus ad modicum.*

2 *Missus in possessionem ex primo decreto tenetur stare colono.*

3 *Missus in possessionē ex primo decreto, si moretur in re p aliquot annos tenetur cōputare legitimā pensionē in sortē.*

Bonis authoritate Iudicis possidendis Tit.

QVAERO principaliter. Aliquis est missus in possessionē ex primo decreto, poterit ne locare? Hanc quęstionem mouet Bal. in autent. ei qui. col. 17. vers. vlterius quęro C. de bon. author. Iud. posid. & cō-
1 cludit posse ad breue non autem longum tempus, ex quo ista est alienatio, quæ per istum fieri non posset, sequitur & valde commendat Ias. cons. 24.
2 nu. j. & missus † in possessionem ex primo decreto, vel aliàs ex sententia Iudicis tenetur stare colono, vt per Pedemont. decisio. 82. & infra. q. 40. conclus. 19.

Sed pone quod iste sic missus moratus fuit, & habitauit per aliquot an-
3 nos cōputabit ne pensionem, † quæ percipi potuisset in sortem principalem? Vtique non, concludit Bal. in d. autent. ei qui. nu. 64 sequitur Alex. cons. 141. in fine vol. 5. Ias. in l. in summa. num. 6. §. fin. ff. de condict. indebit. vbi reputat valde notabi'e, in actu practico, licet contrarium sentire videatur Sebast. Med. in tract. de compensat. part. j. q. 9. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest locare pignus siue rem hypothecatam etiam proprio domino.*

2 *Locatio facta per creditorem domino de re pignorata intelligitur respectu possessionis tantum.*

3 *Creditor non est Dominus rei pignoratæ.*

Pignoribus & hypotecis, Tit.

1 QVAERO Nūquid † creditor possit locare pignus, siue rem hipotecatam? & certe sic etiam
2 pprio domino, & † intelligetur facta conductio respectu possessionis tantū
3 ex † quo creditor nō est dominus rei pignoratæ ita not. glos. in l. cum & fortis. §. final. vbi Bart. ff. de pignor. act. sequitur Castrē. per illum textum in l. qui pignoris ff. de acq. possess. Alex. in l. si rem alienam. nu. 30. ff. eod. sequitur Negusant. de pignor. in 1. memb. 3. part. sub. nu. 31. ibi secundo declara.

SVMMARIVM.

1 *Possessor maioratus non potest locare ad longum tempus bona perpetuo in familia relicta, & si fiat successor stare non tenetur.*

2 *Quid si locet, postea reuocet, vbi de communi.*

3 *Quid stante specifica, & expressa prohibitione.*

4 *Locans bona prohibita a l longum tempus tenetur ad restitutionem fructuum.*

Qua-

5 *Quatuor declarationes ad dictam regulam.*

6 *Prohibitus alienare potest locare colono partiario.*

Possessore Maioratus Tit.

QVAERO Principaliter de alia vtili & quotidiana quæstione, an possessor maioratus, vel possidēs bona perpetuo in familia relicta possit ea locare? Hæc quæstio vtilis est & in practica passim contingens vt Doct.
1 omnes attestantur, † & communis, & vera est resolutio, quod ad longū tempus non potest; & si fiat per successorē reuocari poterit. Bartol. & alij in l. codicillis. §. instituto. ff. de le. 2. Castr. ad l. si quis domum. §. 1. nume. 3. ff. locat. Bal. in l. emptorem. nume. 5 & 6. C. locat. Ant. de Butr. consi. 40. & seq. nu 8.
* & hæc est communis opinio. * Cur. de feud. quæst. 14. Emanuel Soarez in litera. C in verbo conductio. num. 194.
2 Quid si † talis prohibitus alienet, postea reuocet alienationē excusabitur ne ex tali reuocatione? Vtique non, & hęc
* est magis communis opinio, * de qua testatur Ias. in l. final. quæst. 20. sub nume. 135. C. de iur. emphit. Grat. consi. 133. nume. 2. lib. 2. Rip. ad l. in quartam. nume. 55. ff. ad l. Falcid. Soc. Iun. cons. 20. nume. 38. libr. 2. Iul. Clar. in §. emphiteusis. quæst. 13. vers. sed quid si &c.
3 Et fortius † allegata cōclusio procedit stante expressa, & speciali prohibitione, puta quod nō solum reliquisset bona familiæ, sed ea expresse alienari prohibuisset. cum potetior sit expressa prohibitio. ex glos. in l. nulli. C. de iur. do. Tiraq. lat. de iur. primog. quæst. 61. & quam maxime apponendo aliqua verba magis declaratoria prohibitiuæ voluntatis. puta quoquo modo &c. iuxta glos. in Clem. 1. in verbo aut earū &c. de for. competen. iniquum sane videtur & æquitati repugnās, successorem Maioratus fraudari possessione rerū, easque penes extraneos videre contra voluntatem primi instituentis. Curt. Iun. consil. 25. Dec. consi. 445. num. 3. Egregie Afflict. lib. 2. titu. de inuestit. de re non rite fact. §. quid ergo. nume. 21. Gozad. consi. 25.
4 † Sed numquid talis sic ad lōgum tēpus locans teneatur ad restitutionem fructuum? vtique sic ex quo est in mala fide, immo fraude alienando contra testatoris voluntatem & prohibitionē. Ias. in terminis consil. 23. in fine lib. 1.
5 Declaratur tamen † allegata cōclusio, vt non procedat, nec habeat locum in prohibito alienare sub pœna, quia poterit locare ad longum tempus. capit. nulli in verbo alienatione de rebus eccles. non alienand. Castrens. consil. 25. part. 1. Socin. regul. 25. Alienare prohibitus.

Secundo loco declaratur allegata conclusio quando volumus intelligere de alienatione, pprisime sumpta, quo casu venit translatio dominij directi, & sic poterit fieri locatio ad longum tempus, sed de alienatione proprie intelligitur locatio ad longum tempus, si vero impropriissime intelligitur de obligatione ita, declarat Bal. in capit. 1. §. vt libellario, quibus mod. feud. amitt. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccles.

Tertio loco declaratur, vt non procedat quando ratio legis est in contrarium, vel quando dispositio est contra rationem nel continet ius singulare. l. final.

fina. vbi not. C. de præd. Curial. lib. 10. Bal. in auten. ei qui. C de bon. author. Iud. possiden. col. ante penultim. versi. vlterius quæro &c.

Quarto loco declaratur in prohibitionibus odiosis, puta si testator prohibuisset alienari in consortes, nam hoc casu valebit alienatio, seu locatio, secus in nõ odiosis. Bal. in l. final. C. de rebus alien. non alienand. Socin. regu. 25. fallent penult.

Quid in Colono partiario an ei
6 prohibitus alienare, † possit locare ad longum tempus? vtique putarem quod non ex doctrina Bald. conf. 302. videtur prima fronte lib. 1. vbi tenet quod sit socius.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius potest locare vsumfructum, & locatio durabit durante vsufructu.*

2 *Hæredes vsufructuarii non tenentur ad interesse, si vsufructuarius moriatur ante finitum tempus, sed fit remissio pro rata.*

3 *Successor in usufructu non tenetur stare locationi ipsius.*

4 *Vsufructuarius ex æquitate debet potius locare proprietario quàm alteri.*

5 *Locatio vsusfructus facta à proprietario non extinguitur morte ipsius, sed conductoris.*

6 *Vsufructuarius locans ad quinquennium si moriatur interim, conductor non potest repetere expensas ab eius hærede.*

7 *Locatio vsusfructus non transit ad hæredes, nisi sit facta mentio in instrumento de hærede.*

8 *Duæ limitationes ad regulam de locatione vsusfructus.*

9 *Vsusfructus locatio transit ad hæredem primum tantum, vlteriores excluduntur.*

10 *Hæres vsufructuarii potest agere ad mortem.*

11 *Vsus locari non potest.*

12 *Habitatio locari potest.*

13 *Intellectus ad l. cum antiquitas. C. de usufructu.*

14 *Vsufructuarius locando usumfructũ proprietario, qui alteri locat, an præiudicet vsufructuario.*

Vsufructu Titul.

1 QVAERO Principaliter nũquid vsufructuarius possit locare vsumfructum.† Et vtique sic & durabit du-
2 rante vsufructu, † nec hęredes vsufructuarij tenentur ad interesse si moriatur vsufructuarius ante finitum tempus, sed fit remissio mercedis pro rata, & ita est. l. clara in l. si quis domum.
3 §. 1. vbi materia sua. ff. loc. nec † successor in vsufructu tali locationi stare tenetur. Papiens. in forma libelli quo agitur ad facti præstationem, in gloss. soluere neglexerit, numero 6. & ex
4 quadam † equitate vsufructuarius debet potius locare proprietario quàm alteri propter affectionem, & connexitatem. Boer. decisio. 107. sub numero quarto, Borgnin. de vsufruct. mulier. sub numero 173. prope finem.

5 Notandum est etiam † quod si sit facta locatio vsusfructus, & sit facta à proprietario non extinguitur eius morte sed conductoris. l. necessario §. final. ff. de pericul. & commod. rei vendit. & ideo si vsufructuarius

6 rius locat ad † quinquennium si interim moriatur, & conductor fecerit impensas, illas non repetit, item ubi fructuarius locasset ut dominus. Ias. in addit. ad Port. in §. item quæritur litera. C. instit. de locat.

7 † Nec locatio vsufructus transit ad hęredes conductoris, nisi in instrumento sit facta mentio de hæredibus, & isto casu dicitur nouus usus fructus. Aret. in §. final. instit. de locat. ubi dicit secus esse si fructus alicuius prędij essent locati, quia tunc ad hæredes transiret conductio. Boer. consilio 13. Petr. Rauen. singul. 374. Cremens. 171. locaui tibi.

8 † Declara tamen prædictā conclusionem in vsufructu uestium qui locari non potest quia censetur electa industria personæ. l. sed & si quid. §. vestimentorum. ff. de vsufruct. quod not. ad limitationem. l. arboribus. §. vsufructuarius. ff de vsufruct. nisi vestis sit funebris. Angel. in l. sed & si quid, de vsufruct.

Declara secundo & ita in instrumentando practicatur, & boni notarij hoc quandoque specificant vt ius personale in se locari, nec alienari possit, sed bene commoditas & facultas utendi. Port. in §. 1. numero 5. institu. de usufruct. idem declarans in vsu, & habitatione.

9 † Et quod dictum est, usumfructum transire ad hæredem dum est facta mentio de hærede intellige quoad primum tantum, ulteriores excluduntur. Angel. consil. 2. in princip. Notandum

10 est etiam † quod mortuo usufructuario locatore, hæres eius agat ad pensionem decursam usque ad mortem. l. defuncta. ff. de usufruc. Castrens. consilio 21 1, numero 2. libr. 2. Alexand. in l. diuortio. numero 2. ff. solut. matrimo. Cephal. consilio 740. numero 30. libro 5.

11 † Quid in vsu an locari possit dic quod non. §. 1. institut. de vsu, & habitat.

12 † Quid in habitatione, utique locari potest. l. cum antiquitas. C. de vsufruc.

13 Quam legem & ad ipsius intellectum, & declarationem amplia, & extende vt procedat generaliter, siue habitatio concedatur per uiam vltimæ uoluntatis, prout textus aperte loquitur, siue quomodolibet inter viuos, vnde donans inter viuos cum reseruatione vsufructus habitationis, ipsam habitationem locare poterit iuxta dispositionē d. l. cum antiquitas, prout votauit sacrum consilium per Afflict. decisio. 401.

14 † Sed pone hic unum valde in fallor vtile, vsufructuarius locauit vsumfructum proprietario, qui alteri locat, an vsufructuario præiudicet. Vtique sic si nomine proprio proprietarius locet, secus si simpliciter tantum. Castrens. ad l. Pomponius. ff. quemadmo. vsufruc. amitt. ubi dicit esse casum singularem, & menti tenendum. Et quomodo succurratur usufructuario vide not. quæstio. 53.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non potest locare operas suas pro diuinis celebrandis, vbi de communi.*

2 *Sacerdos pro temporalibus potest locare, & pacisci cum aliquo pro morando in aliqua ecclesia pro Capella no. vbi de communi.*

Sacer-

dit ius diuidere, sed ius suum vult saluum remanere. saluo iure solidi, Vcon. caut. penul. Catel. Cotta in verbo creditor dicens in facto pluries euenire in pluribus conductoribus.

6 Declara † secundo in pluribus conductoribus gabellarum vel tributorũ qui si diuidant societatem tenentur in solidum nisi de consensu locantis diuiserint. vt not. Bar. in l. licitatio. §. socii ff. de publican. Petr. de Vbald. de duobus fratr. q. 13. prima par. principali.

7 Quid si sint plures † cõductores Rei debendi, an vno contra veniente, omnibus dicatur factum preiudicium. vtique sic Afflict. decis. 154. nu 5. Ron chegall de duobus reis l. 9. nu. 157. Cephal. consl. 9. nu. 7. Bursat. consl. 33. nu m. 12. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Domini duorum confinium coniunctim debent locare bona existentia in confinibus, & pensio communiter debetur.*

2 *Sindici locorum confinium possunt denuntiare delicta proprijs dominis.*

3 *Iudices in confinibus existentes cognoscunt delicta per prauentionem.*

Si in finibus Duorum. Titu.

QVAERO per quæ locabitur gabella, hospicium, & similia in confinibus duorum locorum diuersi territorij Vtique p vtriusque † & pẽsio. communiter diuidetur.

1

2 Bal. in penul. C. de cõdit. insert. † Petr. de Vbal. inferens etiam ad sindicos,

3 & Iudices in † delictis cognoscendis, part. 1. q. 2. de duob. fratrib.

SVMMARIVM.

1 *Si sunt discordes Domini in locando, præfertur ille, qui vult locare in prædio vrbano, & solito locari.*

2 *In prædio rustico, puta molendino, & similibus discordes in locando quis præferatur.*

3 *Discordes in electione personæ conductoris quid agendum, & quis præferatur.*

4 *Socius cogitur locare socio volenti habitare, & vti ad vsum destinatum.*

5 *Socius potest locare alteri totam domũ integram, quæ non recipiat commodam diuisionem.*

6 *Fratres si sunt discordes in seminando agrum communem præfertur qui seminauit, nec debet dare partem fratri nolenti.*

7 *Si vnus ex fratribus locat partem domus homini malæ vitæ, frater non tenetur eum admittere.*

8 *Conductores plures si se inuicem impediant contra locatorem est agendũ.*

Communi diuidundo Titu.

QVAERO, sunt plures Domini eiusdem rei, & discordes in locando quis præfertur?

1 Prima sit † conclusio, quando sumus in prædio urbano, & solito locari præfertur ille, qui uult locare, nolenti locare. Bal. in l. 1. in fine C. qui testam. facere poss. Ias. & Rip. in l. quominus. ubi Ripa nume. 138. de flumin.

2 † Secunda sit conclusio in prædio

rustico, puta molendino & similibus, tunc distinguendum est aut vnus vult locare, & alter retinere partem suã, & potest, quia cadere potest retentio emolumentorum, aut vnus vult locare vni, & alter alteri, & potest, equum tamen esset vt si conductor aliarum vult conducere, quod sibi ex humanitate saltem indulgentur. Socin. cons. 58. lib. 3. Castren. in l. hæc distinctio. §. final. ff. locat.

3 Tertia sit conclusio † præcedentiũ declaratiua, si duo velint locare Titio alter Sempronio, si omnes volent locare personis honestis, & non sunt concordes tunc iudex interponet officiũ suum, sin autem omnes conductores non sunt personę honestę, præfertur ille, qui vult locare personę honestę. l. non aliter, cum glos. ff. de vsu, & habitatio. sed si omnes velint locare personis honestis, & sic vti re communi ad vsum destinatum, & vnus tantum retinere suam, & cõducere portiones aliorum eodem pretio ipse consocius pręferri debet. Bal. in d. §. si quis de manso. & si nouus conductor offerat maiorem pensionem, præfertur antiquioribus. Ruin. consilio 72. numero 10. vol. 1.

4 † Vnde habentes domum communem coguntur, eorum portiones locare socio volenti habitare etsi domus non capiat commodam diuisionem volens inhabitare præfertur volentibus locare absque solutione pensionis quia vult vti re indiuidua ad vsum destinatum indiuiduum. Aret. in leg. duo fratres. ff. de acquirenda hęreditate. Rip. ad leg. quominus nume. 140. de flumin.

5 Si vero socius † vtiliter vult alteri locare, & non recipit commodam diuisionem & potest. Bal. & Angel. in l. 1. C. qui testam facer. poss. in l. duo. ff. de acquir. hæred. in l. nemo. C. loca. Alex. in l. serui electione. §. final. nu. 3. ff de leg. 1.

6 Adde etiam notabilem † decisionẽ Salicet. in l. iubemus C. de sacros. ecclesi. quam vidi sępe in facto euenire ex quo fratrum concordia rara est, sunt duo fratres, vel socij habent fundum communem, vnus vult quod seminetur alter non, quid agendum? Respondetur notabiliter quod si ille seminat, non debet dare partem fratri rixoso, & nota licet fortis sit decisio.

7 Sed ponam aliam quotidianam materiam in hac † materia discordiæ, qua plena sunt omnia, sunt duo fratres socij habent domum communem indiuisam, vnus discedit & locat partem suam homini malæ famæ, alter non vult admittere ratione honoris suæ familię, quid agendum? Vtique non teneor admittere nisi eque idoneum ponat. glos. in l. non aliter. ff. de vsu, & habitat. Cy. in l viam veritatis. C. locat. & hæc est communis opinio teste Ias. in l. j. nu. 24. C. qui testa. facere poss. quæ omnia passim occurrunt in facto.

8 † Erunt etiam duo qui conduxerunt eandem domum, & vnus impedit aliũ quid agendum, vtique agendum est contra locatorem, vt faciat desistere impedientem. spec. hoc in titul. §. generalia. vers. vtilis.

S V M M A R I V M.

1 *Quilibet potest locare operas suas in perpetuum, vbi de communi.*

2 *Locans operas suas in perpetuum potest seruire per substitutum.*

3 *Locator perpetuus non potest seruire per substitutum, quando est electa industria*

stria personæ.

4 *Locator perpetuus liberatur prestando interesse.*

5 *Pactum de perpetuo seruiendo est ipso iure nullum.*

6 *Promissio de seruiendo hospitali vel Ecclesiæ in perpetuum valet, vbi de communi.*

Operibus perpetuis Tit.

QVAERO an quis possit locare operas suas in perpetuũ? hanc quęstionem mouit glos. in l.3.§.1.ff.de vsufr. & vera resolutio
1 est quod † potest. Faber de iur. person.
* §.1.num.5.& hæc est communis opi. Port.in §.1.num.6.instit. de vsufruc. Viui.in Commun. opin.16 .parte 2. Sparez in verbo operæ.nu.1 .& pote
2 rit seruire per substitutũ † nisi sit electa
3 industria † personæ. Alber.in l.nominis ff. de vsufr. lega.in l.inter artifices. ff. de solutio. liberatur tamen præ-
4 stando † interesse. Bald. in l.antiquitas.nu.8.C.de vsufr.not.Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.in fine.ff. de verb.obligat.in l.1.col.6.C. de sen ten. quæ pro eo quod inter.col.6.Couar.de spons.par.2. cap.6 num.5. Pa-
5 ctum † vero quod quis teneatur perpetuo seruire est ipso iure nullum. glos. not. vbi Bal.in l. post certi.C.de liber. caus. Petr.Rauen. in suo aureo Alpha. ver.pax,col. .fol.109.Bonaco.de famul.q.85.in fine.Neuiz.consi. 6 in si
6 ne. & † in promittente perpetuo seruire hospitali seu Ecclesiæ Roma. singu
* lar.655. & est communis * opinio attestata à Ripa in l.obligatione,nume. 10.de pign.Bocr.de autor. magn.con sil. nume.34.Bursa.consi.204.num. 4.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Conducens pro se & sociis, intelligitur de præsentibus nec valet pro eligendis in futurum.*

2 *Et intelligitur pro dimidia, quoad se, & pro dimidia quoad socios vel in viriles.*

3 *Et debent nominari socii in præsentia non ex post facto absente locatore.*

4 *Item requiritur ratificatio cum debitis requisitis, vbi quæ sint.*

5 *Conductio facta pro se & sociis si ex aliqua capite non ualeat vel infirmetur, si confirmetur in personam conducentis simpliciter, non porrigitur ad socios*

6 *Conductio facta pro se et sociis, si quoad socios non valeat, portio sociis obueniens cui accrescat.*

Si quis alteri vel sibi Tit.

QVAERO an conductio pro se & socijs valeat? Et vtique sic, his concurrentibus, primo quod di-
1 cta cõductio † pro se & socijs intelligitur de præsentibus non nominandis in futurum, & not.in l.si ita.ff.de aur. & argent.legat.
2 Secundo conductio † intelligitur facta pro dimidia quoad conducẽtem, & ꝓ alia dimidia, vel pro virili quoad socios, & not. in l.quidam §.1.ff.de rebus dub.
3 Tertio socij sunt nominãdi, † in pręsentia locatoris non post, ne fiat pręiudicium locatori in eligendo ipso absente nec vocato. & not. per Bart.in l.j. circa finẽ.ff.de leg.primo.
4 Quarto † requiritur ratificatio sociorum

ciorum in qua ratificatione quæ sint necessaria vide in hac prima parte in titul. rem ratam haberi.

5 † Et conductio facta, vt supra pro se, & socijs in aliquo casu non valeat, vel infirmetur si postea confirmetur, vel renouentur, cōducenti tantum, & eius personæ, non extendetur ad cōsocios. Et doctrina Bal. in cap. imperialem. §. 1. de prohibit. feud. alien. per Feder. in cap. 1. an agnat. vel fil. in l. 1. col. 2. de rerum diuis. Castrens. cons. 303. par. 1. late de prædictis omnibus Rui. consi. 90. & 91. vol. 1.

6 † Et si conductio facta pro se & socijs non valeat aliquo casu respectu sociorum, acrescit conducendi, vt dixi in tit. de iur. accresc. part. 3.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ab arbitris ad locandum debet locare, nec tenetur in locatione persistere, vbi de magis communi.*

Receptis Arbitris Tit.

QVAERO arbitri condemnauerunt Caium ad locandum, si locat, & non persistit in locatione an dicatur satisfecisse compromisso. Imo tenuit quod non in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. cuius opinionem ausus est dicere communem Neuiz. consil. 5. nu. 6. versic. quinto respondetur. 1 † Contrarium tenuit Barto. consi. 181. præcepit Arbiter. lib. 1. & in l. inter castellianum. ff. de arbitr. & hanc dixit communem. Ias. in d. §. meminisse nu. 22. & veriorem dixit Iacob. Menoch. de retinend. possess. remed. 4. nu. 88. & in practica tenendum, Ias. vt supra nu. 14 Lanfranc. de arbitr. part. vltima. q. 41. nu. 87.

SVMMARIVM.

1 *Colonus coloni mei est colonus meus respectu rei, non obligationis.*

Colono Coloni Tit.

QVAERO † an colonus coloni mei sit colonus meus? Vtique non respectu obligationis, sed bene respectu rei quæ est eadem. Bal. in l. 1. nu. 9. C. commu. de leg. sequitur Dec. in l. consilii. §. socii. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor domus à non domino potest expelli propria authoritate à vero domino.*

Si quis à non Domino Tit.

1 QVAERO † an qui conduxit domum à non domino, possit expelli propria authoritate à vero Domino. Vtique sic. Bar. in l. si seruus. ff. quod cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor famuli, vel operarii potest eum delegare.*

1 *Pecunia per famulum acquisita acquiritur Domino.*

3 *Conductor famuli potest eum delegare in operibus mechanicis, vel fabrilibus, secus in obsequialibus.*

4 *Conductor famuli non potest eum delegare rixoso, vel alias otioso.*

5 *Conductor famuli non potest eum delegare, vt seruiat extra locum.*

De

De legationibus.

QVAERO de pulcra in practica quæstione secundum Angel.
1 Conductor † famuli vel operarij an possit eum delegare? Vtique sic. l. operę rerum. ff. de oper. libert. l homines. l. vxori. §. Serapium. ff. de vsufruct. legat. Cum nemo prohibeatur alteri locare, dixi supra

2 † Et pecunia per famulum acquisita acquiritur Domino. l. patronus, & l. si libertus. la. 1. ff. de oper. libert. Vidi ad hoc propositum in Patria Tudertina multos dominos vilis conditionis mittere famulos ad metendum, & acquisita eis consignari, vel in salarium computari.

3 † Declara in operibus fabrilibus, & mechanicis secus in officialibus, vel obsequialibus, ita Bart. & ibi Ias. nu. 16. ff. de condict. indeb. in l. si non sortem. §. libertus. Castrens. in l 2. in princip. ff. solut. matrimo.

4 † Declaratur secundo nisi operanti fieret pręiudicium quia alter dominus esset odiosus, vel aliàs odioso Castrens. in d. § libertus nu. 10. Petr. Rauenn. in suo Alphabeto, in verbo quadriennij col 3. Bonacoss. q. 56. de famul.

5 † Declaratur tertio quando vellet vt extra locum seruiret. l. vsuras, & ibi no. C. de solut. Ducnn. reg. 304.

SVMMARIVM.

1 *Emptor fundi cum pacto ne exeat manus suas potest locare ad modicum tempus secus ad longum, vbi de communi.*

2 *Per locationem ad longũ tempus transfertur vtile dominium.*

3 *Emptor fundi cum pacto ne exeat manus suas non potest locare in potentiorem, & alienando contrauenit pacto.*

Verborum significatione.

1 QVAERO de pulchra questione † vendidi tibi fundum, cum pacto ne exeat manus tuas, si locas alteri ad tempus an dicaris pacto cõtrauenisse. Vtique nõ in locatione ad modicum tempus, secus

2 ad lõgum per † quam transfertur vtile dominium vt supra dictum est, in quęstionibus pręcedentibus, ita Bart, in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. vbi Ias. nu. 6. dicit hanc esse communem opinionem. Petr. Girard. singul. pri.

3 † Declaratur nisi facta sit locatio in potentiorem à quo non sit verisimilis recuperatio, vt per Fulg. in allegata. l. manumissiones. arg. l. qui habebat, in princip. ff. de leg. 3.

SVMMARIVM.

1 *Milites conducere non possunt.*

2 *Limita.*

3 *Clerici benefitiati cõducere non possũt.*

4 *Declara primo casu lucri.*

5 *Declara secundo per viam successionis.*

6 *Intellectus ad cap. cum quid vna via de reg. iur. lib. 6.*

7 *Decuriones non possunt conducere.*

8 *L. milites & l. curialis. C. locat. non sunt in vsu.*

Quibus non est permiss. conduct. esse.

VIDIMVS quę personæ possint vel non possint locare, quę res locari possint, mõ ponã aliquas personas conducere non valentes

1 Milites cõducere † non possunt l. milites. C. locat., & exercentes ipso facto repelluntur, Specul. in titul, de locat. §. 2. versic. 47.

2 Limita vt conducere † possit domũ pro sua habitatione, & pro equis suis quia fiue his milites deseruire nõ possent, neque hoc a militia degenerat, gl. Cin. & Bal. ad d. l. milites.

3 Altera sit conclusio † clerici beneficiati non possunt esse conductores secus in simplici Clerico qui non est in sacerdotio, vt post Cyn. not. Bal. ad l. milites C. locat.

4 Declara vt non possint, † conducere causa lucri, secus si sustentationę victus vel ob aliã honestã causam, vt no. Abb. ad cap. 1. sub nu. 8. extr. ne Cler. vel mon. sum. Ang. in verbo Clericus 5.

5 Declara secundo vt succedens † conductori possit permanere in conductione vsque ad pręfinitum tempus, ita limitat glo. not. in cap. peruenit de decim. per text. not. in l. decurio §. de decur.

6 Vnde infertur notabilis † declaratio ad cap. cum quid vna via lib. 6. vt procedat quando aliquid prohibetur alicui attento effectu quo casu nulla alia via ad id admitti debet, sicut mendicãtibus prohibetur tenere bona immobilia nec tenere poterũt etiam iure hęreditario vt in cle. exiui, de verb. signifi. secus si prohibitio fuit attẽto modo prout clericis prohibetur conductio attẽto modo. §. propter cupiditatẽ, q ę ratio cessat si alijs in cõductione succedant. Ter-

7 tia sit cõclusio † decuriones non possũt conducere l. curialis. C. loca. succedunt tamen cõductori l. decurio. C. de decu.

8 Notãdum tamẽ † est quòd l. milites & l. curialis cum similibus. C. locat. hodie nõ sunt in vsu, vt not. Ang. in verbo locationũ. 50. vbi Addi. in litera. C.

SUMMARIUM.

1 *Locatio facta per Rectorem ecclesiæ ad tempus modicum & à iure permissũ nomine proprio, & ad propriam vtilitatem valet durante vita locatoris, nec successor ei stare tenetur, vbi de communi.*

2 *Locatio facta per Rectorem ecclesiæ hospitalis vel confratriæ ad tempus modicum valet, & successor stare tenetur, dummodo sit locatio ecclesiæ vtilis, vbi de communi.*

3 *Præbendarius, siue simplex beneficiatus non potest locare vltra tempus vitæ suæ, vbi de communi.*

4 *Locatio rei ecclesiæ facta ad vitam alicuius non valet nisi seruatis solemnitatibus à iure requisitis in bonis ecclesiasticis alienandis.*

5 *Declarationes quinque ad extrauagantem Pauli secundi incipientem Ambitiose.*

6 *Paulina ambitiose, an sit in vsu, vbi de communi.*

7 *Ex dispositione sacri concilii tridentini locationes rerum ecclesiasticarum non valẽt à triginta annis citra, vel ad annos viginti nouem.*

8 *Sollemnitas an præsumatur interuenisse in locatione ad longum tempus bonorum ecclesiasticorum.*

9 *Decretum superioris in aliquo cõtractu facit vt locans præsumatur habere administrationem.*

Bonis Ecclesiæ non alienandis Titu.

VIDIMVS de aliquibus personis locare volẽtibus, vel nõ, tractabimus modo de rebus, & quæro principaliter, an rector ecclesiæ, vel prælatus

tus posſit locare bona ſuæ eccleſię, materia iſta eſt vtilis, frequēs, & quotidiana, vt dicit Redoan. de rebus eccle. q. 6. cart. 34. vnde ponemus aliquas principales concluſiones.

1 † Prima ſit ex mente rotæ deciſ. 232. in nou. locatio facta per rectorē eccleſiæ ad tempus modicum, & à iure permiſſum, & nomine proprio ipſius rectoris, & ad propriā vtilitatem, valet, & tenet, durante tantū vita ipſius locatoris, nec ſucceſſor ei ſtare tenetur, ita tenet Rot. vt ſupra cum qua concordat Anch. conſi. 16. Pau. Caſtren. conſ. 2. libr. 1. & hæc eſt communis opinio, de qua teſtatur Socin. conſi. 34. lib. 3.

2 † Secunda ſit concluſio, locatio facta per rectorē eccleſiæ nomine ipſius eccleſiæ, vel rectorem alicuius hoſpitalis, vel confratriæ, ad tempus modicum, & à iure permiſſum, valet, & tenet, & ſucceſſor ei ſtare tenetur dummodo locatio eccleſiæ ſit vtilis, ita etiam ſentit in allegata deciſ. 232. in nou. & eſt cū ea communis opinio vt teſtatur Abb. in cap. fin. & ibi etiam Anan. col. 4. ne Prælat. vic. ſuas. Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. .. ſentiens contrà rotā & eam ſequentes quod ēt ſi non appareat de vtilitate eccleſiæ, ſucceſſor via, & remedio ordinario ſtare teneatur ſed ſuccurratur ei via reſtitutionis in integrum ſtante leſione, quo caſu locatio ſubſiſtit, licet reſcindi poſsit Nat. conſi. 517. vol. 3. dicens quod ſi locat vtrector facit nomine eccleſię.

3 † Tertia ſit concluſio. Præbendarius ſiue ſimplex beneficiatus locare nō poteſt vltra tempus vitæ ſuæ. Rot. in allegata deciſ. cum qua tenet lap. alleg. 80. Barbac. in rub. de rebus eccleſ. nō alie. Socin. conſi. 32. col. 1. lib. 1. & hęc eſt communis opinio. Paul. Caſtren. conſi. 4. lib. 1. Redoan. de rebus eccl. ſ. q. 6. nu. 6. cart. 35.

4 † Quarta ſit concluſio locatio rei eccleſię facta ad vitam alicuius non valet, niſi ſeruatis ſolemnitatibus à iure requiſitis in alienationibus rerū eccleſiaſticarū. Anca. Card. & Imo. in cle. . de reb. eccl. nō aliē. Alc conſ. 19. vol. 3. & cōſi. 165. li. 3 Dec. cōſi. 204. niſi ex veriſimili cōiectura talis in cuius vitā confertur locatio, non eſſet victurus per annos decem. Redoan. vt ſup. verſ. Item ex præmiſsis &c. num. 3. Didac. var. reſolut. lib. 2. cap. 16. nu. 3. & hęc ſecundum iura antiquiora canonica.

5 Quinta ſit concluſio ex conſtitutione Pauli ſecundi, quę incipit ambitioſæ. inter extrauagantes communes in titul. de rebus eccleſ. Prohibetur locatio rerum eccleſię vltra triennium ſub varijs pęnis ibi adſcriptis, & pręſertim excommunicationis quę procedit, & habet locum etiam ſi in inſtrumento locationis eſſet dictum, vt tot ſint locationes, quot triennia, & intelligatur renouata de triennio in triēnium, & hęc eſt communis opinio. Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir. col. final. ff. ſolut. matrim. reputat notabile in actu practico, & dicit paſsim occurrere Io. de Amo. dialo. 18. idem dicit ſingul. 66.

Secundo loco ampliatur diſpoſitio diſpoſitio dictę extrauagantis, vt necetiam mandatum ad locandū vltra triennium fieri poſsit, & non intelligatur vltra primum triennium, ne fiat fraus legi, quod qui non poteſt per ſe, faciat per procuratorem. Dec. egregie ampliãs conſi. 282. Tertio amplia vt nō ſolum procedat in bonis eccleſię, ſed in bonis atque etiam in pecunia legata eccleſię, vt inde emantur bona. Io. de Am. comment. 9. dicens notandum

per instrumentum, ex cuius lectura tales debitæ solennitates non apparent etiam si tempus esset immemorabile annorum ducentorum, & vltra, & apparent annales solutiones vniformes. Alex. cons. 1. col. penult. vol. 4. Socin.
* Iun. dicens cōem cons. 56. nu. 12. vol. 2. Cranet. de antiquitate tempo. part. 2. nu. 28. cum sequent. Burs. cons. 23. 16. vol. 1.

Et si in locatione bonorum ecclesiasticorum appareat † decretum superioris, facit vt locans dicatur habere administrationem licet hoc non appareat expressum. Natta loquens in milite Hierosolimitano alienāte cum licētia Protomagistri, cōsilio 517. vol. 3.

Additur etiam quod locatio ad longum tempus facta per prælatum & capitulum ex iusta causa & cum debita solennitate, admittitur licet aliàs non
* admitteretur. & hæc est communis opinio. Rui. cons. 157. vol. j, Rol. cōs. 9?. nu. 20. vol. 1. Micha. Grass. conclus. 33.

S V M M A R I V M.

1 *Prelatus an possit locare ad longum tempus annuos redditus sine sollennitatibus.*
2 *Quid in minore.*
3 *Quid in administratore Ciuitatis*
4 *Ampliatio ad cle. 1. de reb. eccle. non alienand.*
5 *Ampliatio ad titul. ff. de reb. eorum.*
6 *Annui redditus vt proprie sint qua requirantur.*

Annis Redditibus.

QVAERO vtiliter an prohibiti sine certa solennitate alienare, vt Prælatus, Minor & similes osint locare ad longum tempus annuos redditus sine tali solennitate. † Et vtique
1 non si sunt perpetui vel longi temporis. in Prelato ponit Marian. in tract. oblat. col. 14. quē sequitur Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. glos. ?. nume.
2 23. de minore ponit † Paris. optime id declarans cons. 53. nu. 15. & cons. 85. num. 10. lib. 3. Nicol. Bello. cons. 23. nu. 10. Rolan. cons. 54. nu. 9. lib. 2. Iacob. Meno. cons. 29. num. 16. lib. 1. Dom. Simoncel. in trac. de decre. lib. 3 titul. 8. in spect. 7. in fine. De administratore ciuitatis Bart. in l. final. C. de vend. rerum ad ciuit. pertin. lib. 11. ex quib. infertur ampliatio ad clement. 1. de reb. eccles. non alienand. vt procedat in locatione ad longum tempus de annuis redditibus.
5 † Infertur secundo ampliatio ad titulum ff. de reb. eorum & alia iura prohibentia minorem sine certa solennitate alienare, vt extēdantur ad locationem ad longum tempus de annuis redditibus.
6 † Et annui redditus vt prædicta procedant percipi debent ex re immobili seu stabili secus si dēre mobili. Bal. in cap. 1. de contr. inter vasal. & episcop. col. 2

Secundo debent esse ad longum tempus. Federic. de sen. cons. 12. Bal. in l. priuilegia, circa finē. C. de sacros. eccles. Angel. in l. si constante ; si bona ff. solut. matrim. Alex. ad Bart. in l. mōnetium. ff. de uerb. significat. Rui. cōs. 82. col. j. uol. 2.

Declara nisi esset eadem ratio prohibitionis etiam in redditibus ad modicum tempus. Marian. in tractatu oblat. quæstione octaua Ant. Gabr. de uerb. significat. cōclus. 8. num. ?. in fine.

Vn-

Vnde annui reddit us ad sex vel octo annos, nõ dicũtur ad longum tempus. Redoan. de reb. eccles. in rub. de immob. rerum aliena. nu. 28.

Tertio ille qui locat debet esse in quasi possessione illos percipiẽdi, Ias. in l. sciendum num. 23. in prima limitat. ff. qui satisd. cogan.

Quarto percipi debent ex publico. vt sunt imprestita Venetiarum. Montes in vrbe Romana, Montes sancti Georgii in Ciuitate Genuę. Redoan. vt supr. nu. 32. Iacob. Menoch. de arbitr. cas. 233.

SVMMARIVM.

1 *Serui tutes prædiales non possunt locari.*

2 *Limita in iure seruitutis, secus in facultate vtendi.*

Seruitutibus Tit.

QVAERO nunquid serui tutes locari possint de vsufructu vidimus supra q. vsufructus. seruitutes autem prædiales, vt iter, actus, & si-
1 miles locari nõ † possunt. l. locare vbi glos. Castren. & alij. ff. locat.

Declara in ipso iure seruitutis, sed
2 bene facultas, & subrogatio non videtur prohibita ita sentit, pulcra ratione Port. in §. 1. nu. 3. instit. de vsu, & habitat. & licet cogitãdum relinquat, tamen eius ratio applaudere videtur, & vide supra. q. de vsufr. declaratione secunda. & sentire videtur Bart. in l. cotem. §. final. num. 2. ff. de publican. subdens hoc modo vectigalia, & pedagia locari posse.

SVMMARIVM.

1 *Ius exigendi censum potest alteri locari.*

Censibus.

QVAERO an ius exigendi censum possit † alteri
1 locari, & vtique sic, Rui. cons. 160. nu. 2. vol. 1. subdens quod censuarius hoc facere non potest quia esset conductio rei propriæ quę prohibetur. l. neque pignus. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta de omni iure quod locator habet in bonis locatis non valet, si nõ constat quale ius habeat.*

Iure Incerto.

QVAERO locaui sibi omne ius quod habeo in talibus bonis, an valeat? vtique non si non constat quod & quale ius habeat, Din. & Bar. in l. si sic. ff. de leg. 1. Alex. in l. locus. ff. de acq. posses. Rui. cons. 16c. num. 18. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Regalia non possunt locari per principem ad longum tempus, nec tali locationi successor stare tenetur.*

2 *Intellectus ad ca. 1. de probat. & ad l. digna uox. ff. de leg.*

QVAE-

Quæ sint regalia.

1 QVAERO † an regalia per Principem locari possint? Et vtique non ad longum tempus, puta decenniũ vel simile, & tali locationi successor stare non tenetur. Bal. in ti. de pace cõstã. in verbo amplius.

2 † Et ex prædictis infertur declaratio ad cap. 1. de proba. & ad not. in l. digna vox. ff. de leg. vt non procedat in longũ tempus locatione de regalibus facta Rui. conf. 91. nu. 11. vol. 1. vbi declarat regalia etiam in quolibet genere metalli.

SVMMARIVM.

1 *Conductio rei propriæ non valet.*
2 *Conducens rem propriam, quam possidere ignorat, contractus non valet, & conducens non perdit dominium neque possessionem, vbi de communi.*
3 *Filius, seruus, & procurator acquirũt ignoranti.*
4 *Conducens scienter rem suam quasi non suam dominium non perdit, sed possessionem, & contractus est nullus, vbi de communi.*
5 *Conducens scienter rem suam vti suam, dominium non amittit, sed possessionem, & contractus est nullus, vbi de magis communi.*
6 *Ignorantia practicatur probando rem acquisitam per procuratorem, vel filium.*
7 *Obliuio cum temporis cursu inducit ignorantiam, & amissionem possessionis.*
8 *Quando quis dicatur conducere rem aliquam vti suam vel alio modo conspicienda sunt verba instrumenti.*
9 *Possessio amissa per cõducentem scienter rem suam, non acquiritur locatori, vbi de communi.*
10 *Vtilitas in practica quæ sit, vt possessio perdatur per conducentem, nec acquiratur locatori?*
11 *Quomodo discernatur an quis conducat rem aliquam vti suam, vel alienam, vbi de communi.*
12 *Conductor rei propriæ non tenetur ad aliquam pensionem.*
13 *Cõductio rei propriæ à se possessæ scienter facta valet respectu possessionis, vbi de communi.*
14 *Quomodo cognoscatur an conductio dicatur facta respectu possessionis vel non.*
15 *Conducens à creditore fundum pignoratum intelligitur respectu possessionis.*
16 *Locator in conductione respectu possessionis tenetur ad præstandam possessionem tantum, non curando de dominio.*
17 *Conductio rei propriæ reuocabiliter valet.*

Conductione rei propriæ Tit.

1 QVAERO † numquid cõductio rei propriæ valeat? & regula est quod non l. qui rem. C. locat. l. neque pignus. ff. de reg. iur. l. non solet. ff. hoc titul. locat. & in hac materia ponam vtilitati studendo aliquas conclusiones.

2 Prima sit conclusio † conducens rem propriam quam possidere ignorat contractus non valet nec perdit conducẽs dominium, neque possessionem, & hęc est * communis opinio attestata per Ale. ad l si aliquam rem, nu 6. cum sequen. ff. de acqui. possess. vbi etiam ab Acurs. habentur exempla in acquisitis per

3 per filium seruum, vel † procuratore, que ignoranti acquirunt. l. 3. §. saltus. ff. de acquir. poss.

4 Secunda sit conclusio † conducens scienter rem suam quasi non suam dominium non perdit. Fulgos. cons. 5. sed bene possessionem in l. ad probatione. C. locat. Ang. l. & cæteri in allegata l. qui rem, & contractus est nullus, & hęc
* de prędictis omnibus est communis opinio attestata per Alex. in d. l. si aliquam rem, nu. 12. & 17.

5 Tertia sit conclusio † conducens sciēter rem suam vti suam, dominium non amittit, sed tantum possessionem, & contractus est nullus, vt traditur in d. l. si aliquam, vbi Alc. nu. 25. dicit hanc
* esse magis communem opinionem.

6 Et vidi quandoque † in actu practico deduci ignorantiam, quando deduceretur quod talis fundus fuit acquisitus per procuratorem meum, vel filium qui acquirunt possessionem ignoranti. Alc. in l. quod seruus. ff. de acqui. possess. similiter obliuio cum temporis cursu inducit † ignorantiā, & amis-
7 sionem possessionis. Bart. ad l. si is qui. ff. de acquir. possess. similiter vbi quis tractat de damno vitando, probando rē alteri se habere dici probata ignorātia & toleratur in facto proprio. Natt. in terminis locationis cōs. 26. nu. 3. vol. 1.

8 † Pariter multū conferunt verba instrumenti locationis. si enim dicatur. talis concessit mihi talem fundum, tūc locare videtur vti suum, & proprium ipsius locantis, si vero dicatur sic talis sciens se dominum, & possessorem talis fundi conduxit à Titio & c. tunc casus est clarus, ita Bart. & Alex. ad l. si aliquam rem. ff. de acquir. poss. si tamen dicatur in instrumento. conduxi talem rem tuam à te, non per hoc probatur, quod sit tua, quia sunt verba narratiua, & incidenter prolata. Bal. in l. ad probationem. versic. quęro si instrumentum. C. locat. sequitur Natt. cons. 26, nu. 2. vol. 1. colligitur præsumi cōductionē rei propriæ ignoranter factā.

9 Quarta insuper sit conclusio † licet scienter conducens rem suam vti suam possessionē amittat prout supra in tertia conclusione, tamen locatori non acquiritur, ita tenet Alber. ad l. ad pro-
* bationem. C. locat. & est cōmunis opinio, vt testatur Rip. ad d. l. si rem aliquam, nu. 2. ff. de acquir. possess.

10 Dices quæ † est in practica vtilitas, quod possessio perdatur per conducentem, itē quod nec locatori acquiratur? Respondetur quod vtilitas est maxima nam si possessio non est alteri acquisita poterit dominus incontinenti eam recuperare secundum Bal. & Salic. ad l. qui rem. C. loca. item resultat vtilitas, quod perdatur, nam si antequam conductor recuperauerit declarando velle posidere iure proprio turbaretur à locatore vel alio mō haberet interdictum retinendæ quod soli posidenti compe tit. §. retinendæ, instit. de interdict. & si interim locator rem illam venderet, & emptor possessionē apprehenderet, nō competeret sibi aliquod possessorium recuperandæ, ex quo dominus sic conducendo, cecidit à possessione culpa, & facto suo iuxta nota. in cap. ad sedē de restit. spolia. vnde sit cautus procurator conductoris in recuperando quāto citius ad effectum prædictum.

11 † Sed quomodo discernitur si cē ducam rem meam quasi tuam, vel quasi
* meam? Communis resolutio esse videtur, quod semper dicar conducere rem meam quasi tuam, nisi in instrumento aliter rem esse meam, vt in instr. &

bæ.

hæc est communis opinio, de qua per Rip. in d. l. si aliquam rem nu. 25.

12 Nunquid † debebitur promissa, & conuenta pensio ex cóductione rei suę. Vtique Rom. in d. l. si aliquam rem, tenuit quod sic per l. rei suæ. ff. de contr. empt. vbi emens scienter rem propriā, soluendo precium non repetit, & sequitur Alexan. ibi col. fin. cum aliquali limitatione sed d. l. rei suæ. parum facit quia non loquitur re integra, sed post precium solutum, vnde si contractus conductionis, vt dictum est, dicitur nullus, crederem pensionem non deberi.

13 Quinta sit conclusio † conductio rei propriæ à se possessæ scienter facta valet respectu possessionis, ita Bart. in d. l. si aliquam rem nu. 10. & hæc est

* communis opinio, vt ibi Ripa attestatur nu. 45. vbi rationem reddunt quia conducendo videor possessionem à me auferre, in locatorem transferre, & sibi relocare.

14 † Et cognoscitur ex verbis, & modo procedendi. nam si dico, conduco possessi rem, dicitur conductio respectū possessionis. l. si mulier. §. qui possessionem. ff. quod met. caus. si dico conductorem fundum, domum &c. tunc respectu proprietatis. l. si duo, in fine. ff. vti possidet. limita hoc vltimum quando locans non est dominus. Vnde conducens fundum pignoratum à creditore, dicitur facta locatio respectu possessionis quia creditor non est dominus. Castr. per illum textum in l. rem pignori. ff. de acquir. possess. vnde sequitur ex mente scribentium in d. l. si aliquam rem, quod cum conductio respectu possessionis valeat, vt dictum est, locator tenetur ad possessionem

15 præstandam † tantum, nec de dominio est curandum, & hæc est conductio respectu possessionis, similiter cum conductio respectu proprietatis non

16 valeat, vt dictum est, de ea † non erit curandum. consideranda igitur sunt verba, & qualitas personæ locantis vel non, dominium vt in creditore dictum est.

17 Considerandum etiam † est quod conductio rei propriæ reuocabiliter valet, Ruin. consi. 144. nu. . vol. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Conducens scienter, rem propriam ab ecclesia, præsumitur donare.*

2 *Ampliatio ad l. final. C. de sacrosanct. ecclesi.*

3 *Limitatio ad l. 1. C. de sacros. eccles.*

Sacrosanctis ecclesiis Tit.

1 QVAERO † an dispositio. l. fin. C. de sacrosan. eccles. procedat in scienter conducente rem propriam ab ecclesia vt ei donare præsumatur. & vtique sic tenuit Ripa post alios in l. si aliquam rem nume. 36. ff. de acquir. possess. sequitur Rui. consi. 151. nume. 8. vol. 1.

2 † Vnde infertur ampliatio ad d. l. final.

3 † Infertur secundo limitatio ad l. 1. C. de dot. promiss. quia duo specialia simul concurrunt quando oriuntur ex diuerso fonte prout in casu de quo supra, quia præsumptio donationis causatur à scientia facto conducentis, & dominij translatio causatur fauore ecclesiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vectigalia sunt locanda plus offerenti.*
2 *Quid si secundus plus primo offerat, sed non cauit.*
3 *Quid si velit penitere offerens.*
4 *Quid si duo offerentes sint pares.*
5 *Offerens in vectigalibus obligatur soli notario offerendo.*
6 *Clericus nō potest cōducere vectigalia.*
7 *Tutor non potest conducere vectigalia etiam finita tutela.*
8 *Officialis communis non potest conducere vectigalia.*
9 *Iudeus non potest conducere uectigalia.*
10 *Locatio gabellarum pro quanto tempore fiat.*
11 *Locatio gabellarum ad quinquennium an sit vna vel plures.*

Publicanibis & vectigalibus Tit.

QVAERO, solent vbique fieri locationes gabellarum, & in hac mea Patria Tudertina de gabella musti annuatim, & concurrūt plures, quid agendum?
1 † Conclusio est quod plus offerenti in subhastatione l. 1. vbi Bar. limitat nisi plus offerens fecerit calore iracundiæ, & præstiterit idoneo fideiussore. ff. de publican. l. penes. & ibi Bal. C. de vect. & commiss.
2 † Pone quod duo conducere volentes obtulerint, secundus obtulit plus primo, sed non cauit, erit ne liberatus primus? Vtique non nisi expresse sit actum contrarium. Bar. in d. l. licitatio. & Sisice. in d. l. penes. & not. in l. quod autem. ff. de in diem addict.
3 † Quid si velit pœnitere? Potest si publice expediat. Angel. in d. l. licitatio. & potest primus pœnitere offerente plus secundo, facta adiudicatione tacite, vel expresse vel luminis extintione, vel temporis lapsu aliàs non, si secundus non sit soluendo. Roma. singu. 755. Boer. decis. 248. stric. de mercat. tit. de de . . . nu. 8.
4 † Quid si duo sint pares? Vtique locus est gratificationi. Bald. in l. fina. C. de man. testamen. quæ gratificatio temporibus nostris nedum in locationibus gabellarum, sed in omnibus causis iustitia suppressa dominatur, & mūdum destruit, & hæc est communis opinio, & doctrina Bartoli, cui iudices incūbunt, & paucę proferuntur sententię sine sale, & condimentis gratificationis, sed de his hactenus.
5 † Et offerens obligatur, offerendo soli notario, vel subhastatori. Bar. in l. si tempora C. de fid. instrum. & iur. hasiscal. lib. 10.
6 † Quid si vnus sit clericus. Vtique non auditur. not. in authen de sanctiss. Episcop. §. alium. vbi Angelus dicit quod nec fideiubere potest pro conductore.
7 † Quid si sit tutor. Vtique non auditur etiam finita tutela ratione tamen non reddita, glos. & Bar. in l. 1. C. ne tuto. vel cura.
8 † Quid si sit officialis communis, idem Bald. in l. quisquis. C. si cert. petat. Angel. in authen. de non alienan. §. œconomis.
9 † Quid in Iudæo non auditur. cap. pen. de iudę.
10 † Et locatio gabellarum non potest fieri pro minori tempore triennij. l. penes. C. de publi. & vecti. Soci. Iun. consi. 68. vol. 2. vbi redd:t rationem, quia vbertas vnius anni posit compensari cum

MM 2

11 cum sterilitate alterius. † Subdens & inferens quod locatio vectigalium pro quinquennio est vna, quia licet excedat tres, tamen non est sex annorum, vt sint duæ, & illud imperfectum non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Error in contractu vitiat.*
2 *Error in corpore locationem vitiat.*
3 *Error in materia vitiat locationem.*
4 *Declara primo quando vtile sit decepto.*
5 *Declara secundo quando sit error in maiori parte.*
6 *Error in nomine appellatiuo vitiat.*
7 *Error in nomine proprio, cognomine vel agnomine non vitiat si de corpore constat.*
8 *Error in quantitate personę nō vitiat.*
9 *Dispositio Can. siquis suadente diabolo non procedit in percutiente clericū non incedentem in habitu.*
10 *Error in pensione maiori vel minori an vitiet & cui stetur.*
11 *Error circa accessoria vel rei qualitatem non vitiat.*
12 *Error confinium non vitiat si de corpore constat.*
13 *Locatio tenet, si quis locat omnes possessiones quas habet in tali loco, nullis designatis confinibus.*

Errore Titul.

QVONIAM error vitiare solet consensum quo locatio, & conductio perfici solent, vt supra vidimus: Ponam aliquas conclusiones declaratiuas quādo error impediat vel non impediat.

1 † Prima igitur sit conclusio, error in contractu vitiat. l. si ego, vbi not. omnes. ff. si cert. pet.

2 † Secunda sit. Error in corpore rei locatæ vitiat contractum locationis & conductionis. l. in venditionibus. ff. de contr. empt. l. si me in vacuam. ff. de acquiren. possessio. l. cum precibus. C. de probatio.

3 † Tertia sit conclusio. Error in materia vitiat contractum bonę fidei. l. si sterilis. §. quamuis. ff. de act. empt. l. cum ab eo. §. fi. ff. de contr. empt.

4 † Declara primo vt procedat quando vtile sit decepto contractum non valere, alias si intersit valet. glo. reputata notabilis in l. 1. §. fin. ff. de pign act.

5 † Declara secundō quando esset erratum in materia in minori parte, quia valet, cum quod plus est attēdi debeat glo. in l. domum versicu. 1. ff. de contr. empt. Ias. in l. si id quod aurum nu. 5. ff. de verb. oblig.

6 † Quarta sit conclusio. Error in nomine appellatiuo vitiat. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1.

Declara multis modis, vt ibi per Ias. nu. 26. Rip. nu. 47. Soci. reg. 120.

7 † Quinta sit conclusio error in nomine proprio, cognomine vel agnomine non vitiat si de corpore constat. l. si in nomine. C. de testam. vbi Ias. limitat pluribus modis. Soci. reg. 3. Por. & Ias. in §. si quis in nomine, Instit de legat. Pet. Girard. singu. ,o. diuersæ regul. 256.

8 † Sexta sit conclusio, error in qualitate personę non vitiat locationem, vnde si locas militi, quem ignorabas militem locatio tenet. l. si ignorans. ff. loca. qui textus solet notabilis reputari ad li-
9 mitationem cap. † si quis suadente Diabolo, vt non procedat in percutiente clericum incedentem in habitu laicali

quando

quãdo probabiliter ignorabat. Et hęc est communis opinio, Aret. cons. 163. nu. 16. Iul. Clar. p. 77. vers. sed an, vltra quos omnes distingue obiter cum Crauett. cons. 2. nu. 80.

10 †Septima sit conclusio, si est error in maiori vel minori pensione statur voluntati eius qui mercedem recipere debet. l. si. decem ff locat. glos. in l. in omnibus. ff. de act. & obligat. & facit ad intellectum Cy. §. penul. ff. de verbor. obligatione.

11 †Octaua sit conclusio, error circa necessaria vel rei qualitatem non vitiat. text. notabilis in l in emptione ff. de cõtr. empt. quem singularem in practica dixit Angel. in l. veteribus. ff. de pact. Fabian. de Mon. de empt. & vendit. in 6. q. quint. q. principal. num. 53.

12 †Nona sit conclusio, error confinium non vitiat contractum si de corpore cõstat. l. patronus, §. 1 ff. de leg. 3. glo. ordinaria in l. forma. ff. de cens.

13 †Vnde locans omnes possessiones quas habet in tali loco vel villa non aliter expressis confinibus nec coherẽtiis locatio tenet l. vxorem §. legauerat. ff. de leg. 3. Papiens. in forma libelli in actio. real. in verbo, cui coheret. nu. 5.

Multa ad materiam pertinentia ponit late Bar. ad l. 1. ff. de offic. procura. Cesar.

Finis Primæ Partis.

TRACTATVS VINCENTII CAROCII TVDERTINI. I. V. C.

Locati, & Conducti, Pars Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. quidquid astringendæ, de verb. obligat. procedit in contractu locationis.*
2 *Verba locationis sunt strictè intelligēda.*
3 *Locata tenuta non venit planities in ea inclusa, quæ sit diuersi nominis.*
4 *In locationibus gabellarum, & pedagiorum fit strictissima interpretatio.*
5 *Locato datio simpliciter non venit superindictum.*
6 *Locato datio vnius loci non venit alterius loci.*

Interpretatione verborum Tit.

1 QVAERO † ad materiā. l. quidquid astringendæ. ff. de ver. obl. an in contractu locationis, & conductionis verba sint stricte,
2 vel large † interpretanda. & vtiq; strictè. vnde dicebat Bal. in l. emptorem in
3 fine. C. loca. qd † si in vna tenuta adest, & includitur aliqua planities diuersi nominis, locata tali tenuta non veniet illa planities diuersi nominis licet includatur, sequitur Aimo. consi. 25. nu. 20. & hoc maxime procedit in locationi-
4 bus datiorum, gabellarum, & pedagiorum in quibus fit admodum † stricta
5 interpretatio. Vnde datio simpliciter locato non venit superindictum. Ferre. de gabell. nu. 405. similiter locato datio
6 vnius † loci non veniet alterius loci Bursat. latè consi. 90. nu. 23. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. veteribus. ff. de pactis, procedit in contractu locationis.*
2 *Verba interpretantur contra locatorē.*
3 *Maxime quando locator fundat se in verbis.*
4 *Verba contractus interpretantur contra conductorem, etiam quando se fundat in verbis.*

Contra quem verba interpretentur Tit.

1 QVAERO † ad l. veteribus. ff. de pact. verba in locatione apposita contra quem interpretentur, & vtiq;
2 contra locatorem qui † potuit legem apertius dicere. Corn. in consi. 116. in princ. in locatione arguit. Gozad. consi.
3 74. nu. 13. & maximè † quando locator

se fundat in verbis. Roma cons.95.nu. 2.vbi Mandos. Corne. consi.95, num. 5.vol.4. Parisius. consil. 64. nume.5. vol.1. in terminis Bursat.consil. 104, nu.13.vol.1.

4 Si vero conductores † fundarent se in verbis cōtra eos fieret interpretatio. Ias. in terminis consil.45.col.1. in fine vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Locans rem aliquam cum clausula in circa declaratur in modico arbitrio boni viri.*

2 *Locans nauim capacitatis tot, quomodo intelligatur.*

Locatione cum clausula in circa Tit.

1 QVAERO locaui tibi domum pro pensione † decē in circa quomodo hoc intelligetur, & declarabitur vtique de modico arbitrio boni viri respondit Alex cons.29. nu.5.vol.5.cōs. 82.eod.vol.& cons.vlt. nu.8.eod vol. Paris. cons.104.nu.35.vol.1.Stracch. de mercat. in tit.de nau.part.3.nu.13. inferendo ad illam quæstionem si lo-

2 caui nauim, & dixi esse † capacitatis amphorarum mille in circa.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta cum pacto vt liceat conductori recedere post mensem quandocunque voluerit, intelligitur nisi post mensem fecerit actum conductor per quem videatur ab illa facultate recessisse.*

Conductione verbis prægnantibus Tit.

1 QVAERO † de pulchra quęstione cum conductore est factum pactum, vt liceat ei à cōtractu recedere post mensem quandocunque voluerit nisi fuerint seruata quædam promissa, quomodo intelligatur illud, quādocunque, in instrumento appositum? Vtique nisi post mensem fuerit actum per quem videatur ab illa facultate recessisse, vt puta si petierit adimplere sibi promissa. ita singulariter dixit Salic.in l.commissoric in fine. C. de pact. inter empt. & vend.commendat Feli.in cap.sedes col.12. de rescript. Hipol. singular. 213. viani.

SVMMARIVM.

1 *Locato castro, vel villa cum territorio & terreno, non comprehenduntur loca siluestria ad culturam penitus inutilia.*

2 *Locato castro vel villa cum territorio, & terreno non veniunt fontes, nec riui aquarum nisi quatenus ad culturam faciant.*

3 *Locator potest extirpare, & cedere siluam, & nemora, & ea ad culturam reducere.*

Locis siluestribus, & incultis Tit.

1 QVAERO † locauit quis castrū, vel villam cum territorio, & terreno quid comprehendatur? Vtique non comprehenduntur loca siluestria ad culturam penitus inhabilia, nec fontes, nec riui aquarum nisi quate-

2 quatenus † faciant ad culturam agri ideo de residuo disponere poterit. Bar. per illum textum in l. 1. C. de mancip. & colon. part. commendat Roma. sing. 225. si locatur.

3 † Venit tamen in tali locatione silua, & nemora, quæ per conductorem possunt extirpari, cedi, & ad culturam reduci, & plantari vinea, & alia vtilia. Bar bac. consi. 54. col. 1. lib. 4. & consil. 17. cod. vol. col. 2. Iacob Menoc. consi. 13. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Locatio fundi nulla expressa quantitate fructuum, intelligitur de nascentibus in fundo conducto, & secundum qualitatem ipsius.*

Fructibus omissis Tit.

1 QVAERO † conduxi fundum, nulla expressa quantitate fructuum, quomodo intelligatur? Vtique de nascentibus in fundo conducto, & secundum qualitatem ipsius. Bart. in l. dominus prædiorum. C. de agricol. & censit. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Doctrina gloss. in l. tale pactum. §. final. ff. de pact. procedit in contractu locationis & conductionis.*

2 *Declara primo.*
Declara secundo.

Extensione ad casum omissum.

1 QVAERO † de pulcra quæstione. Anglo. in l. tale pactum §. fi. ff. de pactis, vendicet sibi locū in cōtractu locationis, & conductionis. Vtique sic, Rui. consi. 7. nu. 11. vol. 1.

2 Declara vt nō procedat † quando aliquid in totum est omissum per inclusionem alterius, sed quando venit ad aliud expressum. Bal. in l. 1. circa fin. C. de his quibus vt indigni.

3 Declara secundo vt procedat in extensione facienda de casu ad casum secus de persona ad personam. Rui. in d. cōsi. 7. quę nota vltra alios ad declarationē d. glos. sic practicabilis.

SVMMARIVM.

1 *Conductor qui promisit molere locatori pro se, filijs, & familia, non tenetur molere filijs, & familiæ filiorum, vbi de communi.*

2 *Seruitus generaliter imposita extenditur etiam ad futura.*

Fluminibus Tit.

1 QVAERO † de pulcra, si Alberico credimus, & vtili quæstione, locauit quis molendinum, & conductor promisit molere locatori pro se, filijs, & familia si filij de per se habeant filios, & familiam, numquid teneatur omnibus molere, Alber. tenuit quod sic in auten. hoc ius porrectū sub nu. 9. C. de sacros. eccles. per text. in l si seruitus. ff. de seruit vrban. præd. vbi seruitus generaliter imposita, non restringitur ad præsentia tantum, sed extenditur etiam ad futura, contrarium determinauit † Pile. q. 18. & brixiens. q. 50. quia non videtur de hoc cogitatum. l. si quis vina in fine. ff. de pericul. & comm. rei vend. & hęc opinio est verior, & æquior, & in iudicando tenenda, Ias in l. quominus nu. 14. ff. de flum. & est in conscientia tutior. Summ. Angel. in verbo locatio. nu. 18.

SVMMARIVM.

1 *Conductor fundi ad medium nulla facta mentione arborum non debebit habere partem aliquam in fructibus arborum.*

2 *Colonus tenetur si arbores destruat, vel alius eius odio, & culpa.*

3 *Conductoribus gabellarum ex pedagiorum fit remissio propter impedimentum proueniens culpa, vel odio locatoris.*

4 *Intellectus ad §. culpæ. l. si merces. ff. locat.*

5 *In dubio non præsumitur odium vel culpa conductoris, vnde locator probare tenetur.*

6 *Conductori ascribitur culpa, si non adhibuit solitam diligentiam.*

7 *Conductori ascribitur culpa si erat rationabilis, aliàs non.*

8 *Septem declarationes ad §. culpæ. nume. 8. cum sequen.*

Rerum diuisione Tit.

QVAERO, locaui fundum ad medium, nulla facta mentione de arboribus,
1 numquid † colonus habebit partem fructuum arborum? Vti quemulti tenuere quod nõ sed locator
2 habebit † omnes. l. fructus. ff. de usufr. qui textus non videtur probare & in practica contrarium videtur obseruari, & si colonus destruat arbores. tenebitur, similiter eius culpæ imputabitur, si aliquis eius odio arbores excidat. l. si merces §. culpæ. ff. locat. quod limita verum quando propter eius culpam tale odium sit causatum aliàs non, vnde ad materiam. d. §. culpæ infert Bart. in l. coteru. §. qui ma-
3 ximos. ff. de publican. † quod cõductoribus gabellarum & pedagiorum fieri debet à locatoribus remissio propter bellum, vel aliud impedimentum proueniens ad iniuriam vel odium, vel ex culpa locatorum. sequitur Aret. cons. 139. dicens vlterius quod locator tenetur ad interesse ad intellectum dicti. §. culpæ. dicens hoc ad modum notandum. Hier. de Mont. q. 27. nu. 45. & tenetur tam ad interesse lucri cessantis quam damni emergentis etiam si dominus offerat patientiam pro alijs annis. Rui. cõs. 65. nu. 3. vol. 1. amplians ut in hoc procedat. l. si fundum. §. colonus. cum ibi not. ff. locat.
4 † Ad cuius §. intellectum notãda sunt duo in practica vtilia, & necessaria.
5 quod † in dubio nõ præsumitur odium damnum, vel iniuria culpá conductoris, unde locatori incumbit onus probandi. ita Bal. in l. penult. in princip. ff. solut. matrim. in l. 2. §. item si in facto. ff. de uerb. obliga. per l. item quęritur § exercitu. ff. loca. & l. si p impru dentiam. ff. de euict.
† Secunda erit cautela, & circumspe
6 ctio, quod diligens aduocatus, & procurator tenetur deducere, & articulari quod conductor ratione suspitionis odii uel inimicitiæ adhibuit maiorem diligentiam, quàm esset solitus, quo casu sibi ascribi non debet. Salicet. in l. sed de damno. ff. locat. in l. ad eos. ff. commod.
7 † Tertio odium debet esse rationabile, aliàs non tenetur conductor, ita Alex. cons. 20. in fine uol. quinto. quę placeat notare in practica ad intellectum. §. culpæ, & adde ad quęstionem 32 uen sext a fit conclusio.
8 † Quarto culpa debet esse ordinata ad illum casum, aliis non procedit dispositi-

ſpoſitio.§.culpæ. Bart.in l.2.§.fin.ff.ſi quis caut.in l.ſi vt certo.§.interdum.ff. commod. Alex.in l.quãuis.ff.ſol.matr.

Quinto diſpoſitio.§.culpę.procedit quando culpa fuit cauſa immediata dãni, ſecus ſi mediata,& occaſionalis. Abb.in cap.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.Fel.in c inter col.11.de exce.

Sexto diſpoſitio.§. culpæ non procedit quando non potuit obſtare, vel prę uidere.Bart.in l. penult.ff.ſolut.matr. Bald.in l.nam & ſeruitus. ff. de negoc. geſt.Caſtr.in l.2.§.item in facto. ff. de ver.oblig.& ibi latè Iaſ. puta ſi ſit nata ante contractum, vel ſint inimicitiæ,& iuſta cauſa l.habitatores. ff.locat.

Septimo diſpoſitio.§.culpę.nō procedit quando interuenit culpa conductoris,qui negligenter ſe geſſit circa rē conductam.Bar.in l Ceſa.ff.de public. Veruntamen conſiderandum eſt circa materiã.§.culpæ.dum loquitur de dãno datoab inimicis proprijs locatoris, quod locator teneatur, ſiue inimicitias habuerit ſua culpa ſiue non, ſiue inimicitiæ ſint iuſtæ ſiue non, & ſatis dicitur euenire culpa alicuius, ſi eueniat propter eius inimicitias, vt per Bar.Caſtr. & Salic.in d.§.culpæ.& ſequitur Abb. conſ.21.in quæſtione vol.2. Ale.conſ. 84.ponderatis his vol.6. Cor.conſ.23. col.2. vol.2 & hæc eſt communis, & magis vera opinio.teſte Gozad.conſil. 27.ſub nu.28.verſi.pręterea, reprehendens in hoc quartam, & quintam ſupra poſitas declarationes, quia circa damnum inimici proprij non attenditur an culpa ſit ordinata ad caſum vel non,vel fuit cauſa immediata damni vel non, ſed ꝙ fuit illatũ ab inimicis locationis. Et adde quod no.Bar.& ſequuntur cæteri in l.penult.ff.ſolut.mat.quod ſi eſt datum damnũ contemplatione tui circa teneris,ſed ſi damnificans feciſſet idem cuicunq; alij prout ſunt deprobatores viarũ,& tunc nō teneris vnde veriſimili tudo attēdi,& cōſiderari debet.& adde ad tit.de dolo,culpa,& caſu,& pericu.

Similiter diſpoſitio.§.culpæ,procedit quando damnum eſſet datum in fructibus nondum perceptis,ſecus in iam perceptis,ita declarat Ruin.conſ.14. ſub num.8.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo attendenda eſt in contractu locationis & conductionis.*

2 *Conſuetudo attendenda eſt in locatione vectigalium.*

3 *Colonus nō pōt facere quod nō cōſueuit.*

4 *Colonus non colens ſecundum conſuetudinem expelli poteſt.*

5 *Conſuetudo attendenda in remiſſione mercedis.*

6 *In locatione bonorum veniunt coniunctim ea, quæ ſunt ſolita licet in inſtrumento non ſint expreſſa.*

Conſuetudine Tit.

1 QVAERO † ad materiam l.ſemper in ſtipulationibus ff.de reg.iu.an in contractu locationis ſit attendēda cōſuetudo. Vtique ſic not.in l.excepto. C.loc.Bar.in l.penul.de impen. in reb. dot.fact.Soc.conſ.9 .col.2.vol.1.Alc. conſ.107.col.pe.vol.2.Menoc.cōſ.13 nu.13.li.1.Deciſ.Peruſ.62.part.2.vbi latiſsimè ponit, q̄ requiſita ſint [illegible]

2 Amplia in locatione vectigalium. Bar.in l.1.C.de apoch. pub.vel priua. lib.11.Rui.conſ.74.col.1.vol.1.Bertach.de gabell.in 3.q.2.partis. Burſat. conſ.190.lit.2.vol.2.

3 Amplia ſecundo in tantum [illegible] vnde non pōt facere colonus [illegible]

consueuit. Castr. in l. hæc distinctio. §. fi. ff. loca. Petr. de duo. fratr. par. 11. nu. 44. Alex. consi. 17. nu. 5. vol. 2. Rui. consi. 74. nu. 15. vol. 1. & non col...ndo
4 secundum consuetudinem † potest expelli. Alex. cons. 126. vol. 2.
5 Amplia † tertio in remissione mercedis sit attendenda consuetudo. Soc. iun. cons. 78. nu. 13. vol. 2. Et in locatione
6 bonorum † veniunt coniunctim ea quæ sunt solita locari licet non sint in instrumento expressa. Ceph. post Bal. consil. 144. nu. 22. lib. 1.

Notandum tamen est quod consuetudo attenditur in cõtractu locationis, & conductionis, quando aliquid simpliciter sit omissum quod est consuetum, sed si instrumẽto locationis apponatur, vel specificetur vnum quod sit exclusio illius quod est consuetum, tunc consuetudo nõ est attendenda ex coniectura tamente contrahentium, ita pulchre Rui. cons. 74. nu 7. vol. 1. & ita declaratur l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. edict. & in l. fin. C. de fideiuss. & tota materia consuetudinis vltra Felin. Ant. Gabr. & alios late materiã explicantes.

SVMMARIVM.

1 *Res dicitur solita locari per vnicam locationem legitimam, & solennem.*
2 *Solitum in Paulin's Ambitiosæ, quomodo intelligatur.*
3 *Persona solita locari, & res, qũo probetur ad hoc, vt ...s excusetur à furto.*
4 *Doctrina Bar. ad l. item quæritur. §. qui impleto. de rebus mobilib. declaratur.*

Solito Tit.

1 QVAERO † principaliter an res dicatur solita locari per vnicam locationem, & facit ad intellectũ extrauagantis Pauli ambitiosæ, de rebus eccle. non alienan. & vtiq; † sufficit
2 vnica tantũ locatio legitima, & solẽnis. Castr. cons. 189. col. 1. vol. 2. Imol. in l. quod dicitur col. fi. ff. de ver. obl. Cur. in tract. feu. par. 2. q. 4. principal. & hæc est verior opinio. Gabr. lib. 3. conclu. 1. de locat. & conduct. & dicitur solitum
3 locari † in materia de qua agimus quãdo bis spatio annorum 40. fuerit concessum. Alc. cons. 5. & 9. vol. 3. Imol. in cap. 2. de feu. Redoa. de reb. eccle. rub. de alie. immobil. nu. 53.

Practicãdo etiã notandum est ad no. per Bar. in l. item quæritur. §. qui imple
4 to. ff. loca. dũ vult † qđ relocatio tacita non habet locum in rebus mobilibus, immo cõmittitur furtum nisi persona sit solita locari, vt diximus par. 3. de renonat. locat. quod persona solita locari debet articulari, in specie circa res, & circa personas, nec sufficit quod probetur consuetudo locandi in genere, vnde articulada est præcise res de qua agitur, quod fuerit solita locari per talem, & sic excusabimur etiam à furto. ita practicare docet Rui. cons. 9. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Precarium, & conductio simul concurrere non possunt.*
2 *Ex conducto non transfertur possessio.*
3 *Per precariũ trãsfertur nãlis possessio.*
4 *Conductio, & precarium in eodem instrumento apposita operantur, vt ex precario non transferatur possessio.*
5 *Declaratio ad l. si quis ante. ff. de acqu. posses. quod precarium, & conductio simul non concurrant.*

Precario Tit.

1 QVAERO † an conductio, & precarium possint simul cõcurrere. & vtique non cum
2 ex conducto † nõ transferatur † possessio, & per precarium
3 saltem

saltem naturalis.l.si quis ante, vbi not. ff. de acquir. possess.

4 Declara vt non procedat † quando insimul, & eodem contextu apponerentur, puta in eodem instrumēto quia ad tollendum contrarietatem intelligitur quod ex precario nō transferatur possessio.l.non solum.§. fin. ff. de vsucap. vbi not. Bart. in l. interdum. ff. de acqui. possess. Alex. consi. 121. col. 1. vol. 1.

5 Declaratur † secundo vt procedat quando vterque actus fit ex causis voluntarijs secus si ex causis necessarijs vt per Ias. post alios in d.l. si quis ante, n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Conductor obligatus ad certam quantitatem vini, olei, vel tritici, volens respōdere in pecunia, nō auditur, sed tenetur ad fructus in fundo recollectos.*

2 *Conductor obligatus ad certam quantitatem vini, vel alterius rei si in illo anno non nascatur, an sit liberatus, vel teneatur supplere anno sequenti.*

Rerum permutatione Tit.

1 QVAERO † conduxi fundum pro certa quantitate vini, olei, vel tritici, volo respondere in pecunia, numquid possim. Vtique nō quinimo de fructibus in solo conducto recollectis. ita Bart. in l. domini præd. C. de ann. & tribut. lib. 10. sequitur, & commendat Petr. Rau. singul. 22.

Sed pone hic vnum in practica quotidianum colonus, siue conductor alicuius vineæ, si in illo anno non nascatur aliquid in illa vinea, an sit liberatus, vel supplere debeat in sequenti anno? Distinguendum est cum Pap. in for. libel.

2 ad fict. præstatio. nu. 16. † Aliquando fundus ponitur ad solam designationē, & tunc nō liberatur, sed supplere debet ex alio fundo, vel alio modo. l. quidam testamento ff. de legat. j. Aliquando ponitur fundus ad taxationē, & est vnica præstatio tantum, & tunc aut fundus fuit taxatus simpliciter, puta pro modio decem ex fructibus huius fundi, & tūc supplebitur in anno sequēti, aut fundus fuit limitatus per modum conditionis, puta decem cados vini ex eo quod nascetur de tali vinea, non nascendo non tenetur aliunde supplere. l. si debitori. §. verisimile. ff. de contr. emp. si vero in promissione sunt plures præstationes, puta decem annua, & tunc supplebitur in sequenti. l. legatum. §. vini ff. de ann. lega. l. cum certus. ff. de tritic. legat.

SVMMARIVM.

1 *Locatio vltra tempus permissum valet, & restringitur ad tempus à iure permißum, vbi de communi.*

Locatione inutili Tit.

QVAERO de vtili, si Pinello credimus, quæstione, numquid locatio facta vltra tempus permissum, ad illud restringatur. hanc quæstionē in materia emphiteutica nō

1 tetigit Clar. & eiusdem sunt † determinationis. Bal. in auth. quas ruinas. C de sacros. eccl. tenuit valere saltem quoad tempus à iure permissum. & hæc est cō

* munis opinio. teste Ias. & Dec. in auth. qui rē vbi Ias. nu. 21. C. de sacros. eccl. & ita in practica obseruatur. Aret. ad l. 1. §. sed si mihi col. 6. ff. de verb. oblig. Quam limita, & declara vt supra. q. de reb. eccle. non alien. vers. quę subdeclaratur & c. licet Rolan. aliter teneat cōs.

* 84. num 29. vol. 1. quam communem dixit. Michael. de Grass. conclu. 32.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. quotiens. C. de rei vend. habet locū in cōtractu locationis ex magis cōi. contraria in puncto iuris verior.*

2 *Locator operarum tenetur seruire primo, & non secundo.*
3 *Locans fundum ad annos 29. promittens elapso tempore renouare locando alteri elapso tempore præfertur secundus.*
4 *Ampliatio ad l. quotiens. C. de rei vend.*
5 *Dispositio. l. qui duobus. ff. de falsis an habeat locum in locatione duobus.*
6 *Dispositio. l. qui duobus. ff. de falsis, an sit in vsu in aliis contractibus.*
7 *Primus conductor præfertur secundo qui accepit ad liuellum, & emit.*

Locatione duobus Tit.

QVAERO principaliter, an dispositio. l. quotiens. C. de rei vend. procedat in contractu locationis, & conductionis, & sic in conductione facta a duobus quis præferatur. Ias. in d. l. quotiens limit. 13. nu. 32. tenet præferri primum conductorem, licet secundo res tradita fuerit, cum cesset ratio d. l. quotiens. cum in conductorem nullum ius reale transferatur sicut in emptorem, sequitur Ias. Cotta in memorabilibus. in verbo locatio prima. Natt. cons. 261. nu. 10. Bursat. cons. 190. nu. 44. vol. 2. & hæc est verior in puncto iuris opinio. nec obstare videtur ratio Rota inferius allegandæ, quia in contractibus ex quibus dominium non transfertur prout in locatione titulus
1 † primo loco datus præualet, vt pulchre deducit Ceph. cons. 718 nu 37. vol. 5. contrarium tenuit Rota. in tit. de loca. decis. 1 in antiquioribus, & decis. 579. in antiquis. Soc. cons. 29 lib. 4. Alex. cons. 122. col. 2. lib. 5. Couar. Var. resolu. lib. 2. cap. 19. in fine. Ant. Gabr. lib. 2. de emp. & vend. conclu. 2. nu 5. & hæc est magis communis opinio. vt attestatur Ceph cons. 718. nu. 37. vol. 5.

2 † Sed quid erit in locatione operum personalium, prout passim contingit, puta quis promisit murare, vel edificare, duobus, vni post alium, scribere, vel similia, quis præferetur, primus ne, vel secundus conductor. & quidem primus. vt l. in operis, vbi Bart. ff. loca. Bald. reputans hoc notatu dignum in l. aduersus in fine. C. locat.

Adde tamen prędictis id quod in notabili casu consuluit Ang. cons. 189. vbi
3 si † locaui tibi fundũ ad annos 29. seruatis solemnitatibus, & promisi elapso tali tempore renouare locationem, postea elapso tempore locauerim alteri certe pót fertur secundus. commendat pro notabili. Ias. in l. manumissiones. col. pen. in princ. ff. de iust. & iur. Alex. latè cons. 68. visis duobus col. fi. lib. 1.
4 & cons. 165. lib. 2. quod † est memoria dignum ad ampliationem. l. quotiens.
5 † Sed numquid dispositio. l. qui duobus. ff. de fals. habebit locum in locatione facta duobus. Vtique sic. Imol. Cuma. & Alex. in l. à diuo pio. §. sed si emptor vbi etiam Ias. nu. 4. ff. de re iud. Cuman. consil. 173. Galuanus col. 2. Arct. in tract. malefic. in glos. falsario. col. 6. Marsi. in d. l. qui duobus Ceph. consi. 718. num. 11. vol. 5. & licet Iul. Clar. in §. falsum in verbo vendens eundem &c. dicat hęc iura de consuetudine
6 non obseruari † tamen Papi. allegatus hoc indistinctè non dicit sed solummodo se restringit ad obligationes pluribus faciendas. ne impediantur negociationes.

Sed pone vnũ, est locata res duobus
7 secundus † conductor sua conductione non côtentus accepit ad liuellum postea emit quis præferatur? adhuc primus, ex quo secundus id in fraudem fecit Cephal. cons. 518. nu. 12. vol. 5. vbi dicit

dicit primo conductori cõpetere actionem reuocatoriam in factum.

Quid si fiat locatio alicui negociorũ gestori, & ante ratificationem domini locetur alteri quis præferatur? Vide in titu. rem rat haber. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conductus ad aliquod opus faciendum potest seruire per filium substitutũ.*

2 *Idem in doctore, & similibus accedente in doctore consensu scolarium.*

3 *Conductus potest seruire per substitutum eiusdem tamen exercitii.*

4 *Conductus ad aliquod opus faciendum potest seruire per substitutum impeditus eius culpa, & defectu.*

5 *Promittens facere opus per se, & suos hæredes potest seruire per substitutũ.*

6 *Industrialia non transeunt ad hæredes.*

7 *Industria personæ non censetur adepta cum de hærede fit mentio in instrumento.*

8 *Persona effecta illustris seruire potest per substitutum, vbi de communi.*

9 *Promissor operis potest vti persona pro executore ipso dictante.*

10 *Promissor operis ex qualitate personæ & operis põt seruire per substitutũ.*

Industria personæ Tit.

QVAERO de pulcra, & quotidiana, ni fallor, quæstione ad intellectum. l. inter artifices. ff. de solu. Numquid conductus ad legendũ, scribendum, vel aliud opus faciendum possit seruire per substitutum, ponendo aliquas conclusiones.

1 † Prima sit, quod conductus ad aliquod opus peragendum potest seruire per filium substitutum. l. sciendum. §. item legati. ff. de leg. 1. reputauit nota- bile Roma. singul. 670. Ium. Curt. in le. fin. nu. 3. C. de impu. & in † doctore

2 legente ita dixit obseruatum Petr. de Lesnauder. de priuileg. doc. in 2. q. 4. partis, Veron. in l si quis sic. ff. de verb. obligatio.

Declara in doctore dũmmodo scolares consentiant. idẽ in quocunque alio deputato. Abb. in cap. quoniam, de offic. delegat. Ronchegallus ad l. 5. nu. 38. ff. de duobus reis.

3 † Declara secundo dummodo sit idoneus in exercitio. Marſ. singul. 32. & intellige hæc nedum in filio, sed in quocunque hærede eiusdem exercitij, & idoneo, licet non sit filius in quo facilius re vera permittitur. Duenn. regul. 178. limit. 2. attestans ita communiter obseruari.

4 † Altera sit conclusio. Conductus ad aliquod opus faciendum ex causa etiã proueniente ex proprio delicto potest seruire per substitutum. l. de pollicitationibus. ff. de pollicit. quam notabilẽ dixit Rom. sing. 75. an promittens, & cõs. 73. Io. de Plat. in l. nullus. C. de decu. lib. 11. Bar. & Castrenſ. ad. l. continuus. §. item si ab eo. ff. de verb. oblig.

5 † Tertia sit conclusio. Promittens facere opus per se, suos hæredes, & successores potest seruire per substitutũ,

6 quia industrialia † ad hæredes non transeunt, † & verbum hæres in instrumen-

7 to appositum operatur, † ne sit electa industria personæ. l. cui bonis. ff. de curatorius. quam ad hoc propositum valde commendat Bald. in l. quisquis. C. de episcop. & cler. Cautus igitur erit promittens.

8 † Quarta sit conclusio, quando persona est effecta illustris, põt seruire per substitutum sine alia causa. Cõmunis opinio attestata per Iaſ. in l. 1. nu. 12. ff. de

ff. de offi. eius. Vnde scriptor, vel simi lis effectus illustris potest seruire per substitutum. Alex. ad Bar. in l. 1. C. de præpos. agent. in rebus lib. 10.

9 † Quinta sit conclusio, quæ passim vsu recipitur, promissor operis potest et si sit electa industria personæ serui-re per substitutũ, qui sit executor operis, & ipse dictet, cum magistri in capite raro apponant manus, & dictent tantum, ita pulcre Castrensis in l. cõtinuus. §. qui insulam. ff. de verbo. obliga. in primo notabili.

10 † Sexta sit conclusio. Promissor operis ex qualitate personæ, & operis potest seruire per substitutum personæ, quia non erat artifex operis, quia erat adeo magnum, vt siue longo temporis tractu, & magno impẽdio expediri nõ posset, quia hoc non præsumitur actũ, ita Bar. in d. §. qui insulam.

SVMMARIVM.

1 *Per locationẽ ad longum tempus transfertur possessio.*

2 *Statutum de possessore verificatur in conductore ad longum tempus.*

3 *Per locationem ad longum tẽpus transfertur vtile dominium.*

4 *Conductor ad longum tempus potest incidere arbores, & transferre.*

5 *Locator transfert vtile dominium in conductorem ad longum tempus, etiam si solum hoc habeat.*

6 *Limita regulam prædictam nisi expresse contrarium conueniatur.*

7 *Locatio ad longum tempus transit ad hæredes extraneos.*

8 *Conductor ad longũ tempus cessans per trienniũ, vel biẽniũ, cadit à iure suo.*

9 *Conductor ad longum tempus non potest expelli à locatore pro suis necessitatibus.*

10 *Singularis successor tenetur stare conductori ad longum tempus.*

11 *Dispositio. l. finalis. C. de iure emphit. non procedit in conductore ad lõngum tempus, vbi de magis communi.*

12 *Prohibitus alienare non potest locare ad longum tempus.*

13 *Prohibitus vendere non potest locare ad longum tempus,*

14 *Statutũ de laudemio in vẽditione habet locum in locatione ad longũ tempus.*

15 *Ampliatur etiam si statutum sit exorbitans.*

16 *Conductor in perpetuum potest donare vendere, & ad posteros transferre.*

17 *Conductor ad lõgum tempus etiam cum pacto francandi cessans per triennium cadit.*

18 *Declaratio caducitatis datur hæredi, & in hæredem, vbi de communi.*

19 *Pena caducitatis non censetur remissa a cõductore possidente post incursum.*

20 *Conductor ad longum tempus non est simpliciter qui diu stetit in locatione, sed debet legitime constare.*

21 *Conductor ad longum tempus non perdit melioramenta.*

Effectibus locat. ad long. temp. Tit.

QVAERO, de aliquibus effectibus locationis ad longũ tempus.

1 † Prima sit conclusio. Per locationẽ ad longum tẽpus transfertur possessio in conductorẽ. gl. quã ibi summopere cõmendat. Alexan. ad. l. si quis ante. in verbo nouissime. ff. de acq. possess. in l. 3. §. ex contrario. ff. eod titul. ad. l. si vt certo. §. si duobus vestriculum. ff. comod. in l. sciendum. ff. qui satid. cogantur. vbi ex hoc infert, Alex. in huiusmodi conductorem verificari statu-

2 tum de possessore loquens ex quo † vere & proprie possidet. Bal. cons. 325. in fine

in fine lib.j. Imol.in Clem.sępe,num. 21.de rebus eccles. Alex.cōs.1.col.3. li.4. Tiraquell.de retract.lignaier.§. j. glos.14.num.79. Contar.ad l.1.limi. 21.in fine.C. de momentan. possess. Euerard.in sua centur.in loco à feud. ad emphi.num.50.

3 Secunda sit conclusio. † Per locationem ad longum tempus transfertur vtile dominium in conductorem.l.1. & 2.ff.si ager vectigal.Bart.& alij in l. 1.§.quod ait.ff.de superfic. Feder.cōs. 123. Castren.in l.manumissiones.ff. de iust. & iur. Alex ad l.si filius.§.final.ff solut.matrim. Tiraquell. de retrac. lignaier. § 1.glos.14.nu.79. Redo.de rebus eccles.non alienand.q 6. cart.345.num.8. Duen. regul. 40.in 12. ampliat. & tunc postea infertur quod conductor ad longum tempus

4 potest † tanquam vtilis dominus incidere arbores, & trāsferre Euerard. vt supr.nu 53. dicens in facto habuisse Franc.de Mar.dec.555. part.1.quod vtile dominium durat durante locatione tantum Soc.Iun.cons. 3. num. 16.vol.2.

Quæ conclusio vera est, etiam si lo-

5 cator vtile tātum dominiū † habeat, quia & illud transfert in conductorē, Rapha.Fulgos.consi.1.col.1.

6 † Declara nisi expresse contrariū cōueniatur. Bal.in c.literę nu.6.de dilat. sic intelligens gl.quā reputat notabilē in l.codicillis.§.pen.ff. de leg. 2. sequitur Aret.post Fabr.in §.adeo.col. j.inst.de loc. Boe.dec.234.sub.nu.2.

Declara secundo in conductione rerum secus iurium, vt appaltus & similium. Ruin.consi.216.num.7.vol.j.

7 † Tertia sit vtilis conclusio, locatio ad longum tempus transit ad hæredes etiā extraneos. Bal.in c. literę sub nu. 3.de dilat.sequitur Rui.consi.16 nu 22. & 77.col.3.vol.j. Rolan.consi.9 num. 24.& 27.vol.1.

Quarta sit conclusio, conductor ad

8 longum tempus cessans † per bienniū, vel triennium soluere debitam pensionem cadit à iure suo sic vt emphiteuta glos.notabilis.in l. quæro §. inter locatorem.ff.locat. Bal.in cap.querelā. q.final.de iureiur. Boer. decis.2. sub nu.3. Rui.cons.1 3.nu.10.lib.j. Cepha.consi.508 nu.14 lib.4.

9 † Quinta sit conclusio. locator ad longum tempus non potest expellere conductorem etiam pro suis necessitatib. & sic dispositio, l.edē C.loc.nō habet locum in locatore ad longum tēpus. Ang.cons.2.col.fi. Castren.cons. 2 alias 223.vol.1.

Sexta cōclusio. singularis successor

10 tenetur † stare colono ad longum tempus, in quo non procedit dispositio. l. emptorem. C.locat. Angel.consi.5.in fin. Aret.consi.55.

Septima sit conclusio. Conductor

11 ad longum † tempus alienans irrequisito domino cadit ab omni iure suo, quemadmodum emphiteuta. & sic dispositio l.fi.C.de iur.emphit. procedit etiam in conductore ad longum tempus; ita ampliat Fulgos.consi.140.sequi quodāmodo videtur Ias. in d.l.fi. nu.2.sed contraria opinio est verior, * & magis communis Crauet.de antiq. tem.par.4.nu.147. Nisi pensio consistat in pecunia Rui.cons.148.nu. 11. vol.1.infra nu.17.

12 Octaua sit † conclusio, præcedentis confirmatiua, qui conduxit ad longum tempus, prohibitus alienare, nec etiam poterit locare ad longum tempus, cum prohibita alienatione censeatur prohibita locatio ad longum

gum tempus. gl. in l. fi. vbi Bald. & alij. C. de pac. pignor. gl. in cle. 1. in verbo locationes. Card. & alij de rebus eccle. non alienand. glo. Bar. Imo. & alij in l. pen. §. constituto. de leg. 2. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum col. 30. de constit. Dec. cons. 143. Tiraquell. de retract. lignaier. §. 1. gl. 14. nu. 81. Ias. consi. 29. vol. 1. Rot. Moed. 240.

Quæ sit facta per prælatum cum consensu capituli, & superioris authoritate ex causa legitima, & in vtilitatem ecclesiæ ligat successorẽ, aliàs non, quamuis dicat per se, & successores, licet successor statutam recipiat pensionem. Rot. decis. 232. in nouis.

13 † Amplia hanc conclusionem, vt conductor qui aliàs rẽ aliquã, est vendere prohibitus, vt locare non possit ad longum tẽpus. Bal. in auth. & qui iurat. col. antepenul. vers. vlterius quæro. C. de bon. aut. iud. possidend. Alex. consi. 1. col. 4. lib. 4. reputat. singul. Firm. de Gabell. in q. principal. q. fin. valde cõmendat Ias. cõs. 29. col. 1. li. 1. Ripa ad l. filiusfam. §. diui. de leg. 1.

14 † Vnde sicut ex venditione debentur laudemia, sic ex locatione ad longum tẽpus. Spec. in tit. de loca. §. nũc aliqua. vers. 123. Imo. in c. potuit col. 9. loca. Alex. cons. 6. col. 1. li. 3. Dec. cõs. 304.

Amplia secundo etiam si statutũ, loquens de venditione sit exorbitans, nã
15 adhuc † procedit in locatione ad lõgũ tempus. Aret. in § pretium, in fine. de empt. & vendi. Tiraq. de retract. lignaier. §. glo. 4. num. 82. in fine cui adde Boer. decis. 234. vbi late.

16 † Nona sit conclusio, conductor in perpetuum potest donare, vendere, & ad posteros transferre. Bart. in l. prædia. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. commendat Corset. in verbo locatio. 2.

17 † Decima sit conclusio, cõductor ad longum tẽpus cessans per triennĩũ soluere pensionem consistentem in pecunia, siue in alijs rebus cadit ipso iure
18 ab omni cõmodo contractus sicut emphyteuta, etiam si in instrumento sit appositum pactum, quod liceat quandocunque affrancare per se, & successores dicta bona ita late post multos deducit Fel. cons. 25. cui adde Tiraq. de retra.
18 lignaier. §. 1. gl. 14. sub nu. 94. † Quæ declaratio caducitatis hæredi, & in hæredẽ datur, & hæc est cõmunis opinio. Rip. in l. 1. q. 6. nu. 205. in fine. & q. 6. nu. 211. & q. 70. nu. 277. C. de reuoc. dona. Rui. cõs. 70. nu. 19 vol. 5. Cassa. de loca. decis. 2. nu. 7. Paris de Put. de de feud. reinteg. fol. 120. Nicol. Mor. de fid. & pac. q. 19. Fabius decis. 18. Cacheran. decis. 29. nu. 1. ample Ponta. conclus. Blesent. artic. 101. Cels. Hug.
19 cons. 26. nu. 91. † Nec cẽsetur pena remissa etiam quod cõductor post incursum possederit. Rui. consi. 153. nu. 3. vol. 1. Bursat. cons. 23. nu. 12. vol. 1.

20 † Et notandum est, quod ad hoc vt conductor dicatur habere ius in re tanquam ad lõgum tempus debet constare legitime de conductione ad longum tempus, nec sufficit quod permissu domini per longum tempus steterit. Crauet. consi. 107. nu. 4. Vnde in practica eris cautus excipiendo, quod non constat de aliqua locatione ad lõgum tempus legitime facta.

21 † Non tamen ex hoc perdit sua meliorамenta colonus vel conductor ad longum tempus, Ias. in authen. qui rem. nu. 9. C. de sacros. eccles.

SVMMARIVM.

1 *Pensio in dubio soluenda est in fine anni, vbi de magis communi.*

Legatum

2 *Legatum pensionis debetur in fine anni.*
3 *Declara iuxta qualitatem personarum.*
4 *Præstatio operarum nunquid possit peti pendente locatione, attendi debet qualitas personæ.*
5 *Rusticus conductus ad ligonizandum potest petere de mane mercedem suam.*
6 *Famulus expulsus sine causa debet habere salarium pro tempore, quo seruiuit.*
7 *Famulus nolens seruire potest agere ad salarium pro tempore præterito, distinguendo vt ibi.*
8 *Quid in ædificatore.*
9 *Famulo infirmo debetur salarium pro tempore infirmitatis.*
10 *Famulus non tenetur restaurare tempus infirmitatis.*
11 *Salarium debetur medico, Aduocato, & similibus pro die infirmitatis.*
12 *Quid pro die discessus, vel feriata, vel hora tarda.*
13 *Famulo licet furari tantum quantum ascendit salarium.*
14 *Architectori tenetur dominus in conscientia si remittant.*
15 *Præsidibus, & alijs officialibus quo tempore debeatur salarium.*

Tempore pensionis Tit.

QVAERO principaliter ad aliqualem intelligentiam præcedentis quæstionis vbi tractatum est de pẽsione non soluta. Quo tempore conductor teneatur soluere pensionem,
1 & vtique in fine temporis, nisi cõsuetudo loci in contrarium appareat, quæ in hoc seruanda est. gloss. & ibi Flor. in l. defuncta. ff. de vsufruct. Alex. Ias. & alij, in l. diuortio, vbi Ias. nu. 78. ff. solut. matrim. Bart. in l. eedem. C. locat. Alex. in l. qui hoc anno. ff. de verb. obligatio. per text. in l. Iulianus. §. offerri ff. de act. empt. Gigas de pens. q. 93. & hæc est communis opinio. Benincas. de paupert. q. 8. special. 8. in princip. Hinc pulcre dixit Barto. in l. habitationis. ff. de vsufruct. legat. quod si quis le-
2 gauerit pensionem † pro vna domo, hoc legatum præstari debet in fine anni. Foller. in pract. cons. in verbo, quæ quidem executio. nu. 7.
3 † Bald. autem in l. eedem, considerat qualitatem personarum, nam colonus partiarius tenetur soluere statim fructibus recollectis secundum consuetudinem loci, & aliorum colonorum circumstantium. In alio autem non partiatio idem. Et per aliquod tempus, post vt possit vendere fructus recollectos, potest tamen dominus fructus secatos adhuc intra fundum existentes retinere, & prohibere ne colonus asportet, vt ibi per eum, quem commendat Ias. in l. item quia. ff. de pact.
4 † Quid in præstatione operarum, conduxi muratorem ad murandum, vel famulum, numquid pendente operæ possit pensionem petere? attendenda est qualitas personæ, ita vt si pauper, quo casu petere poterit. Barto. in l. 2. C. locat. Speculat. in titul. de salar. in §. sequitur. versicu. & quando, & ibi Io. an. And. Bald. in l. diem functo. nume. 6. ff. de offi. assess. vbi Ioan. Bolognẽ. nume. 21. Benincas. de pauper. quęstio. 8. special. 8. nume. 17. inferens ex hoc quod rusticus conductus
5 ad ligonizandum, potest de mane si pauper est mercedem petere in totum vel pro parte. Angel. in verbo locatio. nume. 12.

Sed

9 † Sed quæro hic, famulus fuit expulsus à domino sine causa, an debeat habere salarium pro tempore, quo in seruiuit. Vtique sic. Tholos. decis. 268. Sed pone quod famulus non vult amplius inseruire, ego volo repellere, & de præterito nihil dare, numquid possum? Respondit Bal. in l. ędem. nume.
7 8 C locat. quod si tãtum damnum patior de recessu quantum commodum habui ex seruitio, non teneor propter compensationem hinc inde, si autem mihi non est damnum, neque interesse, tunc teneor soluere pro rata temporis, sequitur Bonacos. in tract. de famul. q. 109.
8 † Quid in ędificatore, dic quod idem vt ibi per Bald.

Pone quod conduxi famulum pro certo tempore, qui postea infirmatur. Numquid debet habere salarium durante infirmitate? † Vtique non de rigore iuris ciuilis, secus de equitate quæ attendi debet, & hęc est communis opinio. S luan. consi. 8. nu. 2. & nu. 2. Bonacos. de famul. q. 165. in fine, & si dominus dicat famulo tu non potuisti seruire anno præterito, quia eras in
9
10 firmus, seruus, † & restaures in hoc anno sequenti quo vales, famulus non tenetur Tiraquell. de caus. cessant. & in hoc sermone nu. 63. dicens hoc notabile.

Quid in Medico, Aduocato, Procuratore, Notario, & similibus, dic quod debent habere salarium pro eo etiam
11 die, quo infirmantur dixi † ad regul. cum quid part. quæsito. 5. num. 14. Boer. decis. 223. las. in l. diem functo. nume 4. ff. de offic. assess. per glos. singularem in l. desertorem. § i. d. ff. de re. militar.
12 Quid si medicus, procurator, † & alij supra nominati discedant ab habitatione hora iam tarda, numquid debeatur integrum salarium, quid si occurrat dies feriata in honorem Dei, numquid debeatur salarium? Vide quæ dixi supra in regula cum quid in quæsito. 5 part. 1.

Pone quod famulus omni adhibita prudenti diligentia non potest consequi salarium suum, numquid ei lice-
13 bit furari tãtam † quantitatem quę æquiualeat suæ mercedi, quam à Domino consequi non potest. Respondetur quod sic. Marsil. singul. 177. Malnijs. Ioan. de Am. solilo. q. 35. Alciat. consi. 6. lib. 2. col. 2. Iaffred. decis. 140. & hæc est communis opinio. Couar. variar. resolut. lib. 1. cap. 2. nu. 1. Soarez in eius Thesaur. in verbo furtum. num. 399. possunt tamen puniri pœna extraordinaria. Alex. consi. 135. vol. 3. Viui. commun. opin. 135. in 2. par. in verbo furans. Montelco in practic. arbitr. cart. 437.

Quid dicendum in architectore, qui conduxit domum faciendam pro certo pretio, & facto ędificio multum per-
14 dit, numquid † dominus teneatur in cõscientia? Vide Add. ad Angel. in verbo locatio. nu. 12. litera C. in fine.
15 Quid in † Præsidibus Gubernatoribus potestatibus, & similibus. Cõmunis resolutio videtur, vt debeatur in principio officij ratione expensarũ sui ipsius, & familię, secus in assessoribus & collateralibus, nisi secundum occurrentias, vt notant omnes ad l. diem functo. vbi Sebast. Sapia nu. 28 dicit hanc esse magis communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Si conductor, & locator sunt discordes in quantitatẽ pensionis, declaratur arbitrio iudicis.*

Si

2 *Si pensio conferatur in tertium qui noi lit vel non possit arbitrari, recurritur ad arbitrium boni viri.*

Arbitrio iudicis Tit.

QVAERO sunt discordes locator, & conductor in pensione constituenda, & quantitate persoluenda quid agendum. Vtique
1 iudicis arbitrio † declarabitur. Cyn. in l. ne cui in fine. C. locat. sequitur Paulens. in forma qua agitur ad ficti præstationem, in verbo Flore. in princip.
2 † Sed pone hic vnum, fuit collata in tertium declaratio mercedis, & conductor diu stetit in fundo, & fortasse per tempus conuentum, & tertius electus non pōt, vel nō vult arbitrari, quid agēdum? Vtique ad arbitrium boni viri. Castrens. dicens hoc notabile ad. l. si merces in princip. ff. loca. Socin. in l. si quis arbitratu nu. 19. de verb. obliga. consi. 44. num. 9. lib. 1. Iacob. Meno. consi. 93. nume. 26.

SVMMARIVM.

1 *Ius protomiseos habet locum in locatione ad longum tempus.*

2 *In conductorem ad longum tēpus transfertur vtile dominium.*

Iure Protomiseos, & congrui. Tit.

QVAERO an in contractu locationis, & conductionis habeat locum retractus, vel ius
1 congrui, † & vtique sic in locatione ad
2 longū tempus, † ex quo in ea trāsfertur vtile dominiū, vt supradictū est. Affli. de iure protomis. in princ. legis. nu. 38. Tiraquell. de retrac. lignaier. §. 1. glo. 14. nu. 79. cum sequen.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus transit in conductorem ad longum tempus in locatione vniuersitatis secus in conductorem ad modicum tempus, vbi de communi.*

2 *Ius præsentandi an spectet ad locatorē vel conductorem, consuetudo attenditur.*

Iure patronatus Tit.

QVAERO de notabili, & quo
1 tidiana quæstione: † an in locatione vniuersitatis transeat ius patronatus, ita vt locatio spectet ad conductorem si contingat ecclesiam vacare durante locatione? Vtutique sic in conductore ad longum tempus, in quem transfertur vtile dominium, secus in conductore ad modicum tempus. Castrens. cōsi. 57. venerabilis, col. 1. lib. 1. sequitur Fel. in cap. cum Bertoldus col. pen. de re iudic. & hæc est magis communis opinio. Roch. de iur. patro. in verbo is à quo nu. 58. dicens hāc quæstionem esse valde notabilem, & quotidianam.
2 † Quid si sit cōsuetudo prout dicitur Mediolani, vt vicini præsentent, ad quē spectabit, conductorem, vel locatorē & dominum? Vtique erit attendenda consuetudo, Rocch. vbi sup. nu. 59.

SVMMARIVM.

1 *Conductor, qui promisit reaptare rem conductam liberatur semel tantum reaptando.*

2 *Verba in contractu locationis intelliguntur de prima vice.*

3 *Conductor, qui promisit reaptare, & manutenere semper tenetur.*

4 *Conductor molendini, si destruatur post conductionem, non tenetur ad magnam refectionem, & si facit, repetit.*

Conductor

5 *Conductor molendini in loco periculoso non tenetur ad pensionem, si casu ... pereat etiam si sciuerit.*
6 *Casus est de substantia rei conducta.*
7 *Pensio non debetur pro re qua non est.*
8 *Laudum est iniquum, in quo quis condemnatur ad pensionem rei qua non est.*

Rebus dubiis Tit.

QVAERO Tudertinus, qui habet Tiberim vicinum, fluentem per ipsius territorium, vbi fiunt, & reperiuntur multa molendina, conduxit molendinum destructum cum pacto vt reaptaret, semel reaptauit, & iterum destructum est, nunquid secundo loco tenebitur reaptare, & reficere?
1 Vtique nō † quia intelligitur de prima
2 vice tantum † Bal. in l. licet. num. 6. C. locat. per textum notabilem. in l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. sequitur Alex. consi. 196. mature digestis, col. 2. vers. bene facit. lib. 2. clarius consi. 16. num. 8. lib. 4. Bertach. in tract. gabell. part. 2. q. 25. Felin. in c. 2. col. 3. de tre g. & pace. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno, col. 3. vers. 14. facit. ff. solut. matrim. in l. in duobus. §. si ei qui col. 2. vers. nono facit ff. de iur. iurand. Dec. consi. 512. num. 9. & consili. 609. num. 6. Curt. Iun. consi. 178. num. 26. Socin. Iun. consi. 25. col. 2. lib. 2. Tiraquell. ad §. hoc sermone, in princip. regulę num. 100. reputat quæstionem notabilem Cremens. singul. 146. decidi semel. Castell. Cotta in verbo rescriptum impetratum vers. bene facit. Didac. segur. in repet. l. si ex legatis causa, num. 175. ff. de verb. oblig.
Quid si promisit reaptare, & manutenere? † Vtique semper tenetur conductor. Bal. in d. l. licet. nu. 7. sequitur Ias. in repet. l. quominus. num. 152. ff. de flumin. 3
4 † Quid si molendinum destruatur post conductionem, certe si egeat magna spectat ad locatorem, & si conductor faciat repetere potest. Bartol. in l. cotem. §. qui maximos. in 7. q. principal. ff. de publ. & vectigal. glos. & Bar. in l. colonus & in l. ex conducto. ff. locat. in l. impensæ. ff. de impensis in reb. dot. fact.

Pone quod conduxi molendinum in loco, & flumine periculoso, ita vt scuerim, vel scire debuerim eius naturā, si impetu aquarum cadat, tenebor ne
5 ad pensionem? † Vtique nō, quia casus ma
6 est de substantia rei conductę, † & pro
7 re, quę nō est nō debetur pensio. † Bal. in d. l. licet num. 5. sequitur Ias. in d. l. quominus num. 50. Panci. consi. 147.
8 nu. 11. inferens † laudum esse iniquū si condemnetur quis ad pensionem rei, quę non est.

Quid si promisit mundare & purgare omne nocumentum, ripas, manutenere. Vt clus. in bono statu reddere, vide in titul. de refec. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad certum tēpus puta quinquennium intelligitur de continuo.*
2 *Tempus in dubio intelligitur continuum.*

Tempore vtili & continuo Tit.

QVAERO locauit tibi fundum pro quinquennio, vel alio simili temi-

li tempore, quomodo intelligetur? Vti
1 que de † continuato. Bal. in l. si cũ Her
mes. C. locat. sequitur Alex. in l. scire
debemus. nu. 3. in l. si procuratori. nu.
6. ff. de ve ibo. bligat. & facit regula
quod tempus in dubio intelligitur
2 continuum. † Rimin. cons. 10. nu. 24.
vol. 1. Bard. de temp. vtil. & contin.
ca. 3. nu. 9. ca. 8. nu. j. & ca. 18. nu. 18.

SVMMARIVM.

1 *Si locatio sit facta de magno tenimento terrarum nec constet de proprietate locatoris, censetur facta locatio iuxta proportionem pensionis, & solitum in similibus fieri.*

Finium Regundorum Titu.

QVAERO vna cum Andrea ab Isern. in cap. 1. §. quidam tamen. nu. 10. de contr. inter mascul.
1 & femin. si ecclesia, † vel alius locauit vnum magnum tenimentum terrarum pro modica pensione, & de proprietate ecclesię non constet nisi quod longissimo tempore ita consueuit locare, & solui tam modica pẽsio? & sit incerta locatio. Vtique tantum te ui menti censetur locatum, quantum potest census quantitate proportionari, & quantum in similibus locis vicinis pro tanto censu consueuit vel debuit locari, sequitur Hieron. de Mon. in tract. finium regund. ca. 9. nu. 12. per. l. excepto. C. locat.

SVMMARIVM.

1 *Conducens aliquem ad opus faciendum non designato loco, intelligitur arbitrio conductoris.*

2 *Conducens non designato tempore intelligitur arbitrio boni viri.*

3 *Conductor ad tempus incertum potest conueniri ad interesse, si opus non incoetur.*

Eo quod certo loco Tit.

QVAERO de pulcra, ni fallor, quæstione. s. de incertitudine loci, & temporis in locatione, & conductione puta conduxi te ad opus faciẽdum, vel quid simile nõ designato loco, nec
1 tempore. † Vtique intelligitur circa locum, declarandum per conductorem,
2 & circa † tẽpus, arbitrio boni viri & iu dicis. ita Bal. in l. liberti nu. 11. C. de oper. libert. Bart. in l. continuus. §. qui insulam. ff. de verb. obligat. vbi subdit
3 quod si non incoatur † potest agi ad interesse circa incertitudinem pensionis tetigi supra in alijs quęstionibus.

SVMMARIVM.

1 *Locator potest cedere conductori ius ingrediendi propria authoritate.*

2 *Collonus possidet Domino.*

3 *Locator dicitur dare licentiam conductori ingrediendi propria authoritate, si apponat clausulam, liberum & expeditum.*

4 *Per clausulam, liberum, & expeditum inducitur hipoteca, cui singularis successor s. [illegible] tenetur.*

Facultate ingrediendi propria authoritate Tit.

QVAERO an locatar possit cedere conductori ius ingrediendi propria authoritate.
1 Vtique sic quia possidet † Domino Socin. cons. 167. non inutilis. vers. sed circa hanc, part. 2.

E Ea

3 † Et practicando notandum est quod locator si in locationis instrumento promittat fundum, & cōcedat liberum, & expeditum, quod per hæc verba dicitur dare licentiā ingrediendi propria authoritate, & ex hoc indu-
4 citur † hipotheca, cui singularis successor stare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Conducens multos operarios pro mercede inæquali ultimo loco conducto, tenetur ad minorem pensionem.*

Conductione difformi.

1 QVAERO † conduxi vno tempore, & fere contextu in vineam meā operarios multos pro mercede difformi, & inæquali, vltimo loco conduxi alium dicendo. Dabo tibi quod alijs, quam mercedem habere debet, maiorem, vel minorem? Vtique minorem respondit Dyn. in l. qui concubinam. §. 1. de leg. 3. vnde bonum est quod operarij specificent eorum debitam mercedem.

SVMMARIVM.

1 *Locato fundo veniunt instrumenta fundi nisi expresse excipiantur, vel amoueantur.*

2 *Regula l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. procedit etiam in contractu locationis.*

3 *Colonus partiarius debet colere fundū suis bobus, & aliis instrumentis necessariis secundum consuetudinem loci.*

4 *In locatione vectigalium, datiorum, & gabellarum, venit capanna, & apotheca.*

Fundò instructo instrumentoque locato.

1 QVAERO † de quotidiana, & practicabili quæstione secundum Angel. Numquid locato fundo, veniant instrumenta fundi, & sic in contractu locationis proce-
2 dat regula † antecedentis, & consequentis? Vtique sic l. sed addes. §. illud, vbi Castren. not. ff. locat. Bart. in l. 2. in fine. C. de verb. significa. Ange. dicens casum valde quotidianum in l. sed & si quid. §. proprietatis in fine ff. de vsufruct. cautus igitur erit secundum eum, vt vel excipiat, vel amoueat locans. dum locat boues aratorios vinearia torcularia ad oleum, & similia idem commendat in l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de vsusfruct.

3 † Bene verum est quod colonus partiarius tenetur, & debet colere fundum suis proprijs instrumentis ponendo boues, & alia instrumenta necessaria iuxta tamen consuetudinem loci; quæ in hoc semper seruanda est, & attendi omnino debet, Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. part. 11. sub 9. quæstione.

4 † Similiter in locatione vectigalium, datiorum, & gabellarum venit capanna, domus, & apotheca. Bald. in l. 2. C. de verb. significat. Ferret. de gabell. nume. 405. Bertach. de gabella. quæst. 2. nu. 65. Bursat consil. 190. nume. 25. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vineæ qui promisit partem fructuum quolibet anno, tenetur dare*

dare partem fructuum, ne dum vineæ, sed aliarum arborum plantatarum.

2 *Vinea in conductione censetur apposita gratia frequentioris vsus.*

3 *Conductor non plantando rem promissam an cadat à iure suo, vel teneatur ad intereße.*

Pactis conuentis.

QVAERO † locaui tibi ad certum tempus fundum meũ in quo promisisti plantare vineam, & dare certam partem fructuũ quolibet anno, si plantasti vltra vineam alias arbores fructiferas, debeone habere partem? quæstionem istam mouit Accur. In l. certo generi. ff. de seruit. rusti. præd. & nihil determinat, sed Bart. ibi tenet quod debet habere
1 partem fructuum † aliarum arborum
2 cum vinea sit nominata † ratione frequentioris vsus. idem tenet Io. Andr. in add. ad specul. in tit. de locat. §. 1. ad finem. valde comen. And. sicul. in repet. l. cum acutissimi col. 22. versic. facit elegans dictum &c. C. de fidei com. pro singulari citat Ias. in l. 1. col. 8. sub nume. 33. ff. solut. matrimo. in l. quidquid astringendæ, col. 4. in princip. ff. de verb. obligat. in l. 1 in fine. C. de iur. emphit. in l. 1. in 3. col. ff. de legi. Feli. in cap. coram dilecto. col. 1. circa medium extr. de offic. delegat. valde commendat Tiraquell. ad l. si vnquam in princip. l. nume. 55 & in tract. consuetud. titul. 5. §. 4. in 1. glos. quæst. 2. dicens quotidie in practica euenire.
3 † Quid autem si conductor non plantauit dictam vineam, an cadat à iure suo, vel tenebitur ad interesse? Est quæstio notabilis, & quotidiana. Bald. tenuit quod indistincte cadat. & ita tenuit in l. final. §. final. C. commu. de legat. in l. 1. §. 1. C. de caduc. tollend. commendat Ias. in l. 1. in quarto notab. C. de iur. emphit. Posset fortasse distingui, aut pactum de plantando vineam principaliter dedit causam contractui, & tunc sine dubio procedat opinio Bald. & sequacium, & probari potest ex l. cum te. C. de pact. inter empt. & vendit. Aut pactum venit accessorie ad contractum, & tunc esset iniquum quod colonus ex hoc excluderetur sed solum teneatur ad interesse. ita tenet Cott. in memor. in verbo locaui vineam.

SVMMARIVM.

1 *Locator, venditor rei locatæ potest eam ostendere emptori inuito conductore.*

Dissensu locatoris, & conductoris.

1 QVAERO † locator vendidit domum, vult eam ostendere emptori conductor recusat, numquid poterit. Vtique sic. Bart. in l. quamuis in fine. ff. de pigno. act. per l. si ita. §. Dominus. ff. de vsu, & habitat. & l. 1. §. quod ait. ff locat.

SVMMARIVM.

1 *Conductor equi pro decem dietis, si illis decem dietis fuit pro viginti, tenetur ad salarium pro viginti.*

Excessu conductoris Titul.

QVAERO Conduxi equũ pro decem tantum dietis,& illis decem dietis fuit pro viginti,debet
1 ne habere locator † salarium pro viginti. Vtique sic.glo. singularis in l.eos,in in verbo commeauerit.ff. de fals.commendat Emanuel singul.157.

SVMMARIVM.

1 *Colonus debet potius vendere partem fructuum ipsum tangentem, Domino prædii quàm alii pro iusto tamen pretio.*
2 *Colonus tenetur potius vendere maiesas domino quàm alii offerẽti etiam maius precium.*
3 *Colonus potest vendere fructus vel ius eos percipiendi, post pensionem solutam,non ante.*
4 *Bart.doctrina in l.si seruus.§.locaui in fine ff.de furt.ampliatur.*

Emptione,& venditione Titul.

QVAERO in hoc tempore collectionis fructuum locaui Sempronio vineam,quæ facit bonum vinum, Sempronius vult vendere partem suam,numquid teneatur vendere potius domino, quàm alii. Vtique si iusto namen pretio, ita Bart.in l.1. num.3.C. de metall.lib.11.cõmendat Rom.in l.1.ff.solut.matrimo.Petr.de Rauenn.singul.104.Marsi.singul.sco. in fine,& eris cautus in ponderandis verbis illis, iusto pretio,quia occurret tibi sæpius in facto in hac practicabili materia locationis, quod colonus discedẽs à laboritio vult vẽdere fructus
1 pro parte sua,vel vt Tudertini † dicũt, maiesas,debet potius vendere domino pro iusto pretio, licet sæpius multi extranei, vel spe auiditatis quia terræ sunt fertiles,vel inuidia,plus, & longe plus offerant, nam hoc iniquum est in præiudicium dominorum,nec iudices hoc pati debent,& adde supra.q. de iur.subloc.p.1.adde Roma.consi.22. & 80.Calcan. cons.8.nu.35.vbi valde cõmendat,Rui. cons.152.nu 6.vol.1.
3 † Notandum tamen est, quod colonus vel conductor non potest vendere ius percipiendi fructus ante pensionẽ solutam quia debent in fundo remanere pro pensione pro qua sunt obligati Barto in l.si seruus.§. locaui.in fine.ff. de furt.
4 † Quæ conclusio procedit nedum in venditione,pro vt loquitur Bar.sed in quocunque contractu ex quo dominiũ transferatur. Rui. in societate loquens consi.216.nu.5.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Conductor serui qui promisit eum non esse furorem, vel fugitiuum ad quid teneatur.*
2 *Conductor de culpa leui, etiam ex facto alieno stante pacto.*
3 *Declaratio ad l. contractus. ff. de regu. iur.*
4 *Declaratio ad l.stipulatio ista.ff.de verbo.oblig at.*

Seruo corrupto Tit.

QVAERO ad l.nõ impossibile.ff. de pactis locaui tibi seruũ puta &c

& stipulando promisisti non esse furem, fugitiuum vel quid simile, valebit ne huiusmodi stipulatio. 1 † Vtique sic, & duo principaliter continet, primu ne tu corrumpas, secundum ne ne eum negligas qui in ab alio corrumpatur, vt not. in d. l. non impossibile.

Vnde vtilitati ad praticam lucri plenam studendo infertur cum Castrens. ad d. l. quod licet conductor teneatur
2 † solu de lata & leui culpa & quidem in persona propria tantum non aliena tamen per pactum appositum tenetur etiam de facto alieno, vbi Castrens. hoc reputat practica vade notabile, & adde supra ad titul. de dolo & culpa.
3 † Et sic infertur declaratio & limitatio ad l. contractus ff. de reg. iur. vt teneatur conductor de lata & leui culpa etiam de facto alieno stante pacto de quo supra.
4 Infertur e t † limitatio ad l. stipulatio ista. ff. de ver bo. obligatio. vt non procedat in casu praeposito, quia si recte consideratur promittitur f. ctum alienum no n vt personae alienae sed vt qualitates rei subiecte.

SVMMARIVM.

1 *Conductor qui ante tempus soluit potest postea petere sibi caueri, de resti tuendo casu quo conductor vti non possit.*

Si quis cautionibus.

1 QVAERO, conductor soluit pensionem ante tempus, volebat sibi caueri de carestituenda † si locator non fuisset passus ipsum commomode vti re conducta prout conuenerant, numquid posset. Vtique sic, ita Bal. in l. final. C. de indict. viduit. tol lend. & haec est verior opinio, Mar. Mant. singul. 596.

SVMMARIVM.

1 *Societas coitur in contractu locationis & conductionis & intelligitur respectu fructuum.*
2 *Intellectus ad l. coiri ff. pro soc.*

Societate.

1 QVAERO an † super contractu locationis possit cotrahi societas & vtique sic l. coiri ff. pro soc. &
2 † intelligitur facta super fructibus & redditibus Goza. cons. 58. num. 23. parte 1.

SVMMARIVM.

1 *Conductionis Ius legari potest.*
2 *Conductione legata quid veniat.*
3 *Legato fundo cum iuribus & pertinentiis suis non venit semen mutuatu colono.*
4 *Legato fundo instructo non veniunt instrumenta coloni.*
5 *Legato fundo instructo non veniunt reliqua colonorum.*
6 *Iure alicuius praedii sunt qualitates ipsius bonitas salubritas & similes.*
6 *Pertinentie sunt ea quae intra fundum sunt.*
8 *Legato fundo instructo an & quando veniat instrumentum seminatum.*
9 *Vsufructus potest colono legari de fundo quem colit, & quid veniat.*

Legatis & fideicommissis.

QVAERO de pulcra quęstione Nunquid conductio seu ius conductionis possit legari. Cōduxi certas possessiones, & in testa
1 mento † legaui ipsam conductionem. Vtique valet & censetur legatũ quid quid potest esse lucri, seu quic-
2 quid per conductorem † solui debet Bart. in l. his verbis §. idem testator. ff. de legat. 3.

Pone vnum aliud notabile & quotidianum in materia legati: testator legauit fundum cum iuribus suis, & pertinentiis quibuscunque, numquid debeatur legatario semen mutuatum colono pro seminando. vtique nō † respō
3 dit Nat. conf. 243. vol. 2. vbi etiam sub
4 dit quod legato † fundo instructo non ueniunt instrumenta coloni. l. fundus qui locatus, cum. l. sequent. ff. de fund.
5 instruct. item nō † ueniunt reliqua colonorum. l. quęritum. §. peto. l. prędiis §. ex his verbis. l. qui habebat. §. final. de leg. 3. l. prædia §. primo de fundo. instruct.

6 † Et appellatione iuriũ alicuius prędij veniunt qualitates ipsius, vt bonitas, salubritas amplitudo itē libertas & seruitus, dominium, & possessio. l. quid aliud. ff. de verb. signif. Alex. cōs. 15. lib. 2.

7 Et nomine pertinentiarum † fundi venit quod intra ipsum continetur. l. fundum in princ. ff. de act. empti. quod facit ad intellectum instrumentorum.

8 † Et legato fundo instructo venit frumentum seminariũ. l. quęsitũ. §. nōnullis. ff. de fund. instruct. quod intellige quando sit in dominio legantis, secus si sit colono mutuatum, vt per Natt. in d. consi. 243. in fine.

Et si colono quis legauerit vsumfructum fundi, legatum valet & cum hærede aget vt non pręstet pensionē & ad expensas factas gratia rei. l. quotiens. §. si colono vbi glos. ff. de vsufr.

SVMMARIVM.

1 *Fructus naturales pendentes pertinent ad emptorem fundi locati venditi.*

2 *Fructus industriales rei locatæ venditæ distribuuntur pro rata temporis.*

3 *Venditare de qua debeatur annualis pensio transfunditur ius pensionis in emtorem; qui teneretur stare colono; aliàs inspicitur tempus perceptionis fructuum.*

Pensione rei venditæ locatæ.

QVAERO, si locator vendit rem locatam post locationem ad quem spectat pēsio rei locatæ, emptorem, vel venditorem. Tres sunt casus, & conclusiones principales, & distinctæ.
1 Primus sit casus & conclusio. † Vendito fundo, in quo sunt fructus naturales pendentes, tunc pertinent ad emptorem, quia fructus pendentes fundi pars esse censentur. l. fructus. ff. de rei vendic. facie supra de materia l empto rem C. locat.

Secundus sit casus, & conclusio ven
2 ditare, quæ non facit fructus naturales, sed industriales vt pensio, puta de-

domo, naue, & similibus, tunc pensio distribuitur pro rata temporis. l. Iulianus §. de fructibus, & ibi not. ff. de act. empt.

3 † Tertia sit conclusio, vendita re ex qua pro fructibus debetur certa annualis pensio, tunc si est emptor, qui teneatur stare colono vt fiscus, & similes, de quibus supra, tunc transit ad cuius coloni tempore quo pensio solui debet, si vero talis emptor non tenetur stare colono, tunc inspiciendum est tempus, quo fructus percipiuntur, ita colligitur ex mente Barto. in l. final. §. fin. ff. de iur. fis. Bald. in l. si traditio. q. final. in l. fructus C. de act. empt. in l. 1. col. 4 C. de vsufr. legat. Alex. consi. 28. num. 3. volum. 1. Fab. de Mont. de emptio. & vendit, in 6. quæstio. principal. nume. 25. cum sequen. & iunge ea, quæ supra dicta sunt de singulari successore.

SVMMARIVM.

1 *Conductor tributorum potest vendere bona non soluentium.*
2 *Locatio iurium incorporalium habetur pro cessione.*
3 *Idem si in contractu nihil sit dictum.*
4 *Idem etiam si esset in contrarium rescriptum Principis.*
5 *Prædicta omnia procedunt etiam in cōductoribus gabellarum.*

Tributis.

QVAERO Sempronius conduxit tributa castri Monticuli in comitatu Tudertino reperit multos non soluentes, an possit vendere ipsorum bona. † vtique sic respondit Barto. dicens hoc bene notandum in l. creditor. ff. de act. empt. Bald. in capitu. 1. §. 1. de cognit. feud. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. in l. edicto. C. si ad uers. fisc. in l. 1. in fine. C. si propter publ. function. reputat singulare idem Bald. in l. si ea, colum. fin. C. de vsur. dicens textum in d. l. creditor esse singularem quod locatio † iurium in incorporalibus habetur pro cessione, Festas. de collect. part. 3. num. 17. Bald. in l. secunda, de cognit. feud. Salic. in l. secunda. C. de uectig. & commiss. in l. prima, colum. 4. C. de fruct. & lit. expens.

3 † Ampliatur, vt procedat etiam si in contractu nihil sit dictum, dummodo contrarium non sit actum. Salic. in d. l. 2.

4 † Ampliatur secundo etiam si rescriptum Principis, vel alicuius superioris esset in contrarium. Alex. in l. agraria. ff. de term. mot. Abb. in rubric. de Iud. Alexan. in l. 1. §. final. ff. de nou. oper. nun. † qui omnes loquūtur etiam in gabellis.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non contradicens præiudicio quod fit eo præsente, & non contradicente sibi præiudicat.*
2 *Regula qui tacet, non procedit in eo, qui scit ius suum saluum fore.*
3 *Conductor sibi non præiudicat in actu præiudiciali fauore ecclesiæ, fisci, vel piæ causæ.*
4 *Proclama factum ad instantiam locatoris nocet conductori tacenti.*

SVMMARIVM.

1 *Colonus non tenetur respondere domino de fructibus pendente locatione lis oriatur, sed liberatur præstando cautionem de soluendo cui de iure.*

Ne lite pendente.

1 QVAERO † locauit quis fundum, & pendente conductione oritur lis. Numquid colonus teneatur interim respondere de fructibus. Vtique non, siue lis fit inter dominum, & colonum, siue inter plures de dominio fundi, sed liberatur præstando cautionem de soluendo cui, & quatenus de iure. Bart. in l. litibus. num. 14. C. de agricol & censit. lib. 11. & sæpius in facto occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Conductor pendente locatione effectus dominus rei conductæ, tenetur ad integram pensionem donec pretium soluat.*

Acquirendo rerum dominio.

1 QVAERO † conductor conductione pendente est effectus dominus rei conductę, ad quam pensionem teneatur. Vtique ad integram pensionem, donec pretium soluat. Bart. in l. si quis fundum. §. fina. ff. locat. in l. sicut. §. final. ff. eod. Vnde bonum erit quanto citius pretium soluere, ne currat pensio, & pretium.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. fin. C. de litigios. procedit in contractu locationis, & conductionis, quo casu possessio alienari non poterit sine vitio litigiosi: vbi de communi.*

Litigiosis.

1 QVAERO † an dispositio. l. fin. C de litigiosis, & vitiũ litigiosi procedat etiam in contractu locationis, & conductionis, puta pendet lis inter locatorem, & conducto. rẽ, qui non valet vti re conducta emens rem ipsam an incurrat vitium litigiosi. Vtique sic nec possessio alienari poterit sine vitio litigiosi. Cephal. dicens hanc esse communem * opinionem cõsil. 518. nu. 26. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Colonus fundi venditi per dominum duobus tenetur respondere de fructibus ei cui possessio tradita est.*

2 *Idem si colonus conduxerit ab eo qui non habuit priorem possessionem.*

3 *Intellectus ad l. quamuis. §. 1. de acquir. possess.*

Colono duorum.

1 QVAERO † Dominus fundi vendit rem duobus, cui colonus debet respondere de fructibus. Vtique illi, cui est tradita possessio. Corn. consil. 8. vol. 2. vbi amplia
2 pliat † etiã si colonus conduxerit ab eo qui non habuit priorem possessionem.

Idem

3 † Idem tenet Rui. consf. 158. nu. 22. vol. 1. inferens ad intellectum. l. quávis. §. 1. ff. de acquir. possess. vt procedat quando primus locator possidebat, secus si non possidebat, quia tūc per hunc actum fictum conductionis acquirit secundo.

SVMMARIVM.

1 *Fructus locatæ rei post in dotem datæ ad quem spectent, conductorem vel maritum, vbi de magis communi.*

Nuptiis.

QVAERO vnumquod in territorio Tudertino euenit in facti cōtingētia. locauit quis fundum, & locatione pendente tradidit nuptui sororem, & pro dote concessit inter alia fundum locatum, cuius debent esse fructus, vel pensiones,
1 mariti, vel locatoris. Vtique † pro rata temporis diuisio videtur facieda, à die enim quo maritus incepit sustinere onera matrimonij fructus, & pensiones sibi debentur, & licet per multum post tempus à die oneris matrimonij fundus fuerit marito traditus, & consignatus, tamen ad eius commodum incipiunt currere fructus, & pensiones à die oneris matrimonij, non traditionis: vt per Doct. in l. de diuisione. ff. solut. matrim. vbi Claud. Aquens. nu. 8. dicit communem. & ibi Angel. & Alex. nu. 12. dicit esse magis æquam.

Et si postquam maritus incepit sustinere onera matrimonij locator percipiat pensionem tenetur marito restituere. Bart. in l. ratio. §. si per venditorem ff. de act. empt. in terminis Ceph. consil. 584. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Colono inducitur obligatio ex diuturna præstatione durante laboritio, & conductione, non autem post.*

2 *Amplia, vt procedat etiam de æquitate canonica.*

3 *Colonus quis præsumitur si soluit vt talis per annos decem.*

4 *Declara vt ibi.*

Diuturna præstatione.

QVAERO ad materiam. l. cū de in rem verso. ff. de vsu. quatenus tantum concernat materiam coloni. Numquid in colono ex diuturna præstatione inducatur obli-
1 gatio. Vtique † sic durante laboritio & conductione, non autem post, ita concludit Bart. in d. l. nu. 14. & in l. solent. nu. 4. ff. de offic. proconsul. Dec. in l. si certis annis. nu. 19. vbi Gozad. nu. 8. Curt. iun. nume. 16. C. de pact. Niger ad l. 1. nu. 73. & Crot. num. 30. ff. de verb. obligat. vbi Coras. nu. 12.
2 quod procedit † etiam de æquitate canonica, vt per Alciat. regul. 1. nume. 32.
3 † Considerandum est etiam quod si quis per decem annos soluit vti colonus, quod præsumitur talis, & poterit in futurum cogi ad soluendum. Bart. in l. litibus. C. de agricol. & censit. & in l. solent. §. 1. in fine. de offic. proconf. & in l. cum de in rem verso in fine.
4 † Quam doctrinam limita, & declara, nisi constet de principio vel titulo ab initio inualido, quo casu diuturna præstatio nihil operatur, & in dubio semper præsumitur facta ratione tituli præcedētis inualidi, nec titulum inua-

inualidum confirmat. ita declarat Rui.conf.156.nu.14.vol.1.vbi etiam limitat in soluente vti procuratore nõ habente ad hoc speciale mandatum.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ debetur vectura si in destinato loco exposuit.*
2 *Apposita in naui censentur apposita volente, & sciente nauta.*
3 *Nautæ debetur vectura si ab alio eo sciente res delatæ fuerint.*
4 *Nautæ debetur vectura ex equitate si res eo ignorante delatæ fuerint.*
5 *Nautæ in dubio, debetur vectura, si dubitetur an eo sciente, vel ignorante delatæ fuerint.*

Naulo.

QVAERO an pro omnibus in naui appositis debeatur vectura locatori nauis, & considerandi sunt quatuor casus principales post alios.

1 Primus† si nauta promisit aliquem in naui ponere ad vecturam consequendam sufficit in destinato loco exponat

2 & cum in naui fuerit † præsumitur eo sciente, & volente fuisse, arg. l. neque natales. C. de probat.

3 Secundus est casus † si nauta promisit portare res inanimatas. quæ tamen ab alio sciente nauta delatæ fuerint, & idem vt supra quod vectura debeatur propter rationem l. 2. C. de acquir.possess.

4 Tertius est casus † quando merces fuerunt positæ in naui ignorante nauta, tunc virtute contractus nulla debetur vectura, sed ex æquitate tantum iuxta doctrinam Bart. in l. si in arca. ff. locat.

5 † Quartus est casus in dubio quando non constat an sciente vel ignorante nauta fuerint merces appositæ, & isto casu vectura debetur, ita Socin. in l. 2. ff. de condit. & demostr. sequitur Ruin.consil.122.num.7. lib quarto. Stracch. in titul. de naui. part. 3. nume.23.

SVMMARIVM.

1 *Locans operas suas debet operari suis sumptibus, non conducentis, vbi de communi.*
2 *Conducens offi.ialem, medicum, aduocatum notarium, procuratorem, tenetur eis ad victum pro se, & familia, & eundi & redeundi.*
3 *Operarius debet prouidere instrumenta suis sumptibus.*
4 *Operarius reficit instrumentum sumptibus domini.*
5 *Quid si frangitur res in qua operatur.*
6 *Medicine & necessaria infirmo cuius sumptibus sint prestandæ famulo, assessori, & similibus.*

Sumptibus in operando.

1 QVAERO † an locans operas suas alteri debeat operari suis sumptibus, vel conducentis? & vtique suis sumptibus, non conducentis, Bar. in l. si non sortem, §. libertus. numero 32. de condictio. indebit. vbi Ias. sub eodem nume. 32. dicit † hanc esse com-

communem opinionem remota consuetudine quæ in primis attēdenda est valde cōmēdat Girar. sing. 14. nu. 14. Vnde dicit Ang. in d. §. libertus, quod
2 conducens † officialem tenetur ei ad victum etiam in eundo, & redeundo, & pro famulis, & equis idem in aduocato medico & similibus.

3 Quid si operarius † nō habet instrumenta? Vtique debet prouidere suis sumptibus. Bal. in l. 1 C. de verb. signi ficat. Imol. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. col. 2. Natt. consi. 243. vol. 2. in colono loquens.

4 Quid si † instrumētum in opere rūpatur, vtique sumptibus domini. l. 2. §. si conseruatis. ff. ad l. Rhod. de iact. Baldus in le. quoniam liberi. C. de testamen.

5 Quid si † frāgitur res in qua operatur, habes. l. claram in l. cum quæritur. §. si gemma. ff. locat

Quid in medicinis, & similibus expensis. Respondetur, in assessore, & si-
6 milibus tenetur ad † pullos & similia domestica non tamen ad medicos & medicinas. Bart. in l. legatis. ff. de aliment. & cibar legat. Cin. in l. quod in vxorem in fine. C. de negoc. gestis. Attamen in famulo ponit Bart. in l. 1. §. sin autem in seuissimo. C. de caduc. tollen. Bonacoss. de famul. q. 103. circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Locans fundum sterilem ad multos annos vt efficiatur fructuosus, facit locationem perpetuam & transmissibilem ad quoscunque hęredes etiam extraneos, ubi de communi.*

2 *Conductores bonorum ecclesię quæ ad culturam reduxerunt possunt cogere prælatos & similes ad in perpetuum concedendum, vbi de communi.*

3 *Quæ conclusio procedit multis concurrentibus.*

4 *Declaratio ad l. 2. final. & l. congruit. C. de locat. præd. ciuil. lib. 10.*

Transmissione locationis.

QVAERO de practicabili quæstione. Habeo fundū sterilē, vt efficiatur vtilis, locaui tibi ad multos annos, & effecisti fructuosum, & vtilem, numquid locatio sit perpetua ex hoc, & transeat ad hæ-
1 redes extraneos. † Vtique sic. Barto. per illum textum in l. quicunque la. 2. C. de omn. agro desert. lib. 10. sequitur Barbat. in cap. cum clerici de pact. dicens pluries pro hac parte consuluisse. Ripa in tract. de peste. in vlt. part. nu. 55. Hipolit. singul 550. dicens in practica notabile & hæc est * communis opinio. Teste Bero. in cap. in præsentia nu. 379. de probat & in cap. dilecti. num. 49. de arbitr. licet Roma. dubitauerit. singulari. 373. fundus sterilis.

Et adde quod conductores ecclesię ad longum tempus, postquam rem ad
2 culturā redegerunt † & eam omnino meliorauerūt, possūt petere, & cogere Prælatum ad sibi eam in perpetuū cō cedendam. Rui cons. 157. nume. 14. & 15. vol. 1. & cons. 116 eodem vol. & hæc est * communis opinio Mazar. cons. 15. col. final.

3 Quę cōclusio † procedit multis cōcurrētib. Vt sit res sterilis locata, meliorata propriis expensis cōductoris & ea

& ea ad culturam redacta, quod melior conditio tempore locationis non fuisset reperta, & quod conductor remittat omnia melioramenta; & quod in locatione adsit pactum vt post meliorationem debeat dari in perpetuũ, & hoc vltimum secundum aliquos. quia contrarium vt supra tenet Rui. & ita declarat Burs. cons. 23. nu. 8. vol. 1.

4 † Et hinc postea infertur limitatio ad l. 2. final. & l. congruit. C. de locat. pręd. ciuil. lib. 10. disponentes locatorem posse etiam rem melioratam habere, quia procedunt nisi essent renouati termini, reformata tempora, vel nõ esset in toto res ipsa redacta ad culturam, vel vbi esset finita prima locatio. Castren. consil. 142. vol. 1. Imol. consi. 68. cum apostill. Rui. cons. 116. nu. 4. & 5. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Colonus nummis colens potest colligere fructus immaturos.*

2 *Colonus partiarius non potest colligere fructus immaturos, & faciendo tenetur.*

3 *Declara si collegit vt domino noceret, secus si vt sibi prodesset tantum.*

4 *Hæredes sacerdotis infirmi non possunt colligere fructus immaturos dubij de morte ipsius.*

5 *Fructus seminati per colonum sunt domini.*

6 *Fructus in termino sati, & post terminum recollecti sunt coloni.*

Collectione immatura Tit.

1 QVAERO † an colonus possit colligere fructus immaturos? Vtique sic, si nummis colit, aliàs partiarius non potest. Glos. est notabilis in l. pen. in verbo colono ff. de vsufruct. lega. vbi etiam tenet quod

2 si colonus † partiarius colligit immaturos ne dominus habeat maturos, nõ potest hoc facere in præiudicium noui coloni. Angel. in tract. de palc. & oliu. par. 2 vbi declarat textum in d. l. penul. sequitur Bald. in l. si pater. col. 1. C. de vsufruct. Flor. in l. si absente. §. 1 ff. de vsufruct. & Alber. in d. l.

3 penul. declarat † quod in præallegato casu partiarius tenetur si fecit vt Domino noceret, secus si vt sibi prodesset quia hoc casu excusatur. & tu recorderis hanc quæstionem pro sacerdoti-

4 bus † qui infirmantur, & hæredes colligunt fructus immaturos, de morte suspecti, cogita, iudica, & discerne. Deus est timete. vlterius nota secundũ Alber ibi legem illam quod fructus se

5 minati per colonum † sunt domini, nõ coloni qui sibi imputet, secus si sint in

6 termino sati, & post † terminum recollecti, vt ibi per eum. & prædictis adde Io. de Arno. caut. 97.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia abscondita reperta per conductorem est domini non coloni.*

2 *Idem quod sit venditoris nõ emptoris.*

Thesauris Tit.

1 QVAERO de delectabili, & sæpius eueniente quæstione. In † domo tua adest pecunia abscondita, & si per annos mille habitaretur per te, nunquam eam reperires, locasti eam, & conductor fortunatus reperit, ad quem spectat? Vtique ad locatorem. Bart. singulariter, & subobscure in l.

à tutore

autore.ff.de rei vend.reputauit singulare,& dixit in facto habuisse Arc.in §. thesaurus.in fine.Inst. de rerum diuis. Petr.Girard.singular.95. Tuscis .Io. de Arno.problemat.29.vbi loquuntur in fortioribus † terminis emptoris,& venditoris.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio.l.repeti.§.rei.ff. quib.mod. vsufr.amitt.vt destructa re in qua erat vsusfructus, non remaneat in reliquiis, & area pcocedat in locatione,& conductione.*

2 *Vsusfructus facilius extinguitur.*

3 *Conductori rei exusta, vel dirutæ interim fit r missio.*

4 *Locatio fortius durat refecta re directa, vel iam exusta.*

Si pendente locatione res res pereat.

QVAERO principaliter,an dispositio. l.repeti. §. rei mutatione.ff.quib.mod. vsufruct. amitt.procedat in locatione,& conductione, quod exusta, vel dextructa re locata sit finita locatio. Vtique non,
1 sed in area,† & reliquijs durat contractus locationis, & conductionis, nisi res locata sit in totum extincta,ita consulendo tenuit Cephal. consi. 271. vol. 2. & vsusfructus facilius amitti-
2 tur,† vt per Alber.in l.quidtamen.§. in nauis. ff. quibus modis vsufruct. amitt.

3 † Bene uerum est, quod cōductor eo interim non tenetur ad pensionem aliquam,sed sibi fit remissio. Imol. in c. potuit.num.40.de locat. late Brun.in tract.de interit.& perempt.conclus.8. fallent.1.

4 † Et si officina exusta reficiatur, durat fortius locatio, vt per Doct. in l. domos.ff.de leg.1.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio.l.serui emptor.ff.de pericu. & com. rei vend. an procedat si fiat pactum de vendendo tantum.*

2 *Item an procedat nedum in seruo sed in aliis rebus conductis.*

3 *Conducens pendente venditione an faciat fructus suos,& quare.*

Periculo,& commodo rei venditæ.

QVAERO ad materiam.l. serui emptor ff.de pericul & commod.rei. vend. an procedat si conductionem non precessit venditio sed
1 pactum de vendendo tātum, † vtique non cum aliud sit vendere aliud promittere de vēdendo,vt supra vidimus in prima part.titul.de promissione locandi, & ita in terminis limitat Rui. consi.77.num 12.vol.1.

2 † Sed numquid dispositio.d.l.procecedit etiam, nedum in seruo vendito locato,sed in fundo & similibus. Vtique sic,vti bi per glos.per Alberic.approbatam, vnde sequitur correlariū.

3 † Quod conducens pendente venditione nō facit fructus suos,ex quo possidet nomine alieno, nec habet aliquā possessionem ciuilem vel naturalem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vsufructuarii qui fundum ad manus coluit, & decessit fructibus*

non

nondum collectis an possit petere partem vti colonus.

Si vsusfructuarius ad manus colat.

QVAERO de alia quotidiana quæstione, videmus enim quod relinquitur vsufructus mulieribus in amplo, ac etiam amplo patrimonio & delectationis, & recreationis causa, vsufructuaria reseruat fundum colendum ad suam manum, vt dici solet, moritur vsufructuaria fructibus nõ dum collectis hæres eius vult partem in eis
1 vti colonus † nũqnid debeatur, pulcra est quæstio, de qua vide supra titu. de vsufr. p. 1. & de singul. succes. p. 2.

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur exibere, & tradere cõductori instrumẽta locationum aliàs tenetur ad interesse.*

2 *Ampliatio l. Titius. ff. de act. empt.*

Fide instrumentorum.

QVAERO an dispositio. l. filius ff. de act. empt. procedat
1 in locatione † vt locator teneatur exibere instrumenta conductori, vtique sic, & non exibendo tenetur ad interesse. Ias. consi. 10 . vol. 1. Et sic
2 habes ampliationẽ ad. d. l. Titius † vt procedat etiam in locatione, & conductione.

SVMMARIVM.

1 *Colonus vel conductor fundo iam meliorato, an possit a domino expelli quia reperit plus.*

2 *Coloni dolere, & conqueri non debent de diligenti cultura.*

3 *Melioramenta an sint reficienda colono fundi meliorati expulso.*

Fundo meliorato auferendo.

QVAERO conductor meliorauit fundum, & locator vult ei auferre, quia iuenit aliquid plus, numquid possit. Certe sic solu-
1 tis † melioramentis. Castr. consi. 61. part. 1: licet aliquantulum durum videatur, ex his quæ notat. Bar in l. quicunque. C. de omn. agr. desert. lib. 1. quod illi, qui cultura sua fecerunt fertiles agros iam pridem steriles, non possunt per Dominos à cultura amo-
2 ueri, nec pensio augeri, † ne doleant de diligenti cultura, sequitur Curt. Sen. consi. 73. in fine. Alciat. respons. 302. Natta consi. 55. in fine libr. 1. Meno. consi 36. num. 12.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. curabit. C. de act. emp. vendicat sibi locum in contractu locationis, & conductionis.*

2 *Conductor tenetur ad pensionem etiam, si ex re conducta nihil penitus percipiatur, dummodo adsit facultas vtendi re ipsa.*

Si conductor rem, & pensio.

QVAERO an dispositio. l. curabit. C. de act. empti. habeat locum

Auro, & argento, Calce, & arena.

PONAM conclusiones aliquas delectabiles causa amenitatis.

1 † Prima sit conclusio, temporibus nostris auaritia dominante valde delectabilis. Conductor seu colonus potest in re conducta inquirere venas argenti, & auri. Angel. dicens ita in facto consuluisse in statu Senarum in l. si vsufructus. §. fructuarius. ff. de vsufruct. sequitur Crauett. consi. 209. nu. 2. part. 2.

2 † Secunda sit conclusio, conductor seu colonus non potest reducere ad culturam hortos hesperidum, constructos gratia delectationis, & ameni

3 tatis, locum autem ad vnum † redditum deputatum potest permutare in alium. Vnde hortos peponum, cucumerum, cepollinæ, & similes ad aliam culturam reducere potest, ita Ang. in d. §. fructuarius. dicens esse casum val de quotidianum, & menti tenendum.

4 † Tertia sit conclusio. Conductor seu colonus potest in fundo instituere fornacem calcis, laterum, & tegularum, dummodo non occupetur fundi pars ad culturam destinata. ita Ang. vt supra, & tenetur dare domino partem calcis. Io. And. ad specul. in titul. de locat. §. 1. ver. final.

5 † Quarta sit conclusio. Conductor seu colonus non potest facere in fundo ea, quæ desiderant magnum apparatum, vnde non poterit facere molendina, valcherias, tentoria, & similia Angel. vt supra.

6 † Quinta sit conclusio. Conductor etiam inuito domino potest facere ornamenta, puta pingere, vel sculpere arma, & insignia suæ familiæ, ita Aret. consi. 80. nu.

SUMMARIUM.

1 *Locator non potest obscurare vel officere luminibus rei locatæ, & aliter faciendo tenetur.*

Ne luminibus officiat.

QVAERO in materia seruitutum, † an locator possit obscurare, vel officere luminibus rei locatę, vtique non etiam ab extraneo, & dominus tenetur. l. si merces. §. 2. ff. locat. gl. in l. si is qui binas. ff. de vsufruct. Veron. de seruit. vrba. præd. cap. 62. ver. item quæri potest, & est casus notabilis, & quotidianus, vt dicit Angel. in allegata. l. si is, qui binas.

SUMMARIUM.

1 *Operarius non est quęrẽdus extra locũ.*
2 *Limita nisi locus sit valde remotus.*

Operario extra locum quærendo.

QVAERO ad intellectum. l. Diuus. ff. de tut. & cur dat. ab his, an operarius sit quęrendus extra locũ.

1 Vtique non, si † aliquis reperiatur in loco, aliàs sic. Bar. in l. cõtinuus. §. qui insulam in fine. ff. de verb. oblig. quod

2 vltimum sublimita nisi † locus sit valde remotus, ita limitat Alex in l. si seruum stichum. ff de verb. oblig. in fine quod notandum est nedum in præsenti materia, sed ad defensam illorũ qui tenentur adhibere aduocatum, medicum, vel procuratorem, quid facere debeãt, & sæpius in facto vidi euenire, & vide Imol. in cap. 1. de plus petit.

SVMMARIVM.

1 *Refectio rei locatæ spectat ad locatorem.*

2 *Locator tenetur ampliare aditum rei locatæ, vt conductor possit immittere supellectilia etiam magna cuiuscunque generis.*

3 *Conductor molendini quomodo teneatur ad refectionem considera duos casus.*

4 *Conductor ad longum tempus tenetur ad refectionem.*

Refectione rei locatæ.

1 QVAERO † Domus locata est diruta ad quem spectat refectio? Vtique ad locatorem gl.& ibi doct. in l. ex conducto.in princip. ff. locat. Barto.in l.cum in plures.ff. eod.titul. Alex.consi.190. in princ. vol. 2. Aret. Natta consi.13.in prin.&449.vol.2. vbi loquitur in molendinario qui promiserat mundare,& purgare omne nocumentum,ripas manutenere, & clusam in bono statu in fine locationis nam adhuc refectio spectat ad locatorem.

2 † Pariter locator tenetur qui coangustauit aditum domus locatę,illud ampliare, vt conductor possit immittere supellectilia magna cuiuscumque generis, & conditionis.l. sed addes.§. si inquilinus aream., & ibi not ff. locati.

Declara prout in titulo de expensis,& adde Rolan.consil.83.vol.4.

3 † Et considerandi sunt in proposito duo casus aliquando quis conducit puta molendinum iam factum, & tunc si destruatur,refectio spectat ad locatorem. Aliquando quis conducit ab aliquo vt possit suis sumptibus construere molendinum, & tunc tenetur reficere,& manutenere,& tempore destructionis currit pensio quia interest locatoris, vt molendinum reperiatur in esse,tum ratione pensionis, tum ratione molendi.Io.And.in titul. de locat.§.postquam versic. sed quæritur, quem ita declarat Natt. consi.13.volum.1.& vide sup.part.1. titul. de reb. dubijs.

4 † Declaratur etiam in conductore ad longum tempus,qui tenetur reficere.Natt.d.consi.13.vol.1.

Et declara an refectio requirit magnam impensam,vel paruam, aut respicit perpetuam vtilitatem, vel non prout dixi in titul. de expens. part.3. cum doctores omnes de expensis ibidem loquentes tractent de expensis in reficiendo, prout est apud eos videre.

SVMMARIVM.

1 *Conducetor maxime ad longum tempus per cōdemnationem capitalem non amittit ius conductionis.*

2 *Idem in emphyteuta.*

3 *Locator habet in electione sua condemnato capitaliter conductore,vel recuperare rem locatam, vel agere ad pensionem.*

Interdictis,& relegatis.

QVAERO in hoc tanto strepitu bannitorum in hac prouincia Vmbriæ vt fere ciuitates, castra & villæ eorum rapacitate,& alijs eorum culpa

culpa impositis grauaminibus sint exaustæ lugendo tantam calamitatem an in contumaciam banniti in penam capitis, & confiscationis bonorum amittant ius conductionis præsertim
1 ad longum tempus, † & vtique non
2 idem in emphyteuta † ita in terminis Bursat.consi.112.vol.1.ea potissimum ratione quia iure communi decisum est ex quibus causis iste priuari possit puta alienatione, non solutione, inobseruantia, Clar.in §.emphyteusis.q.8. 13.& 26.& quando aliquo casu in fiscum transiret esset in electione locatoris rem recuperare, vel canonem petere. Capra conclus.77.nu.11.

SUMMARIUM.

1 *Colonus est idoneus testis in causa domini sui, vbi de magis communi.*
2 *Colonus est idoneus testis pro domino vbi agitur de fructibus, uel proprietate rei vbi de magis communi.*
3 *Coloni plures simul sunt magis idonei testes.*
4 *Colonus est idoneus testis concurrens cum alio omni exceptione maiore.*
5 *Colonus est idoneus testis in causa spolij.*
6 *Colonus bonæ opinionis est idoneus testis.*
7 *Colonus est idoneus testis si tempore depositionis non erat colonus.*
8 *Colonus est idoneus testis ad probandum innocentiam.*
9 *Colonus non est idoneus testis in testamento, nec codicillis etiam de iure canonico.*

Testibus.

QVAERO an colonus, vel conductor sit idoneus testis pro domino suo. † Vel
1 que non, & hæc est
* communis opinio. Lanfrac. in tract. de test.num.5. sed de consuetudine non seruatur, licet minor fides adhibeatur. Aufrer.in trat.de test.num.21. Socin.Iun.consi.135 nu.8.volum.2. vbi dicit num.17. hanc esse veriorem,
* & magis communem opinionem. Rui.consi.71.num.14.vol.2.
2 † Et quam maxime colonus est idoneus testis, quando tractatur de fructibus, vel proprietate rei. Innoc.in cap. literis.de testibus. Specul. in titul. de test.§.1.versi. item excipere, & ita de consuetudine seruatur. Anto Gabr. de test conclus.9 num.58. licet Grat. consi.41.col.2. vol.1. dicat in contrarium esse communem opinionem.
3 † Multo magis etiam procedit quando essent plures coloni. Alex.consi.57. num.13. volum.7. Curt. consil. 168. colum. 4. versicu. præterea numerus Socin. Iun.consil.146. num.14. volum. 1. vbi ponit exemplum si sunt tres.
4 † Idem si concurrat cum teste omni exceptione maiore. Dec.consi.100. num.8. versicu. sexto contra personam, & si pater sit colonus, filius est idoneus testis, Socin. Iun. consi. 146. num.12 vol 1.
5 † Illud semper practicando obseruari vidi in possessorijs reintegrandæ, & alijs admitti ad probandum colonos qui iam fuerant, & erant, & credi redditа concludenti ratione quia laborauit, & respondit fructus, & ita tenet Grat. consi.41.nu.12.vol.2.

6 † Tertio colonus est idoneus testis quando est bonæ opinionis, & famæ quæ præsumitur donec contrariū non probetur. Salic. in l. 2. C. de test.

7 † Quarto colonus est idoneus testis quando tempore depositionis non est amplius colonus. Grat. in allegato cō si. 51. vbi subdit colonum esse idoneū testem vti melius informatum, & licet habeat aliquod interesse, & patiatur aliquam exceptionem, credendum est.

8 Quinto colonus est idoneus testis in criminalibus ad probandum innocentiam. Natt. consil. 407. num. 22. volum. 2.

9 † Colonus autem testatoris non est idoneus testis nec in testamento nec in codicillis etiam de iure canonico. Rui. consi. 9. nu. 17. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio locum habet in contractu locationis, & conductionis.*

2 *Conductores statim lite mota debent nominare dominum, & petere iudicium dirigi contra ipsum, tunc colonus absoluetur ab obseruatione iudicii.*

3 *Conductor conuentus in nominatione quid probare debeat.*

4 *Quid si nominatio sit facta in fraudem actoris.*

5 *Appellatio an detur in huiusmodi causa nominationis.*

6 *Contumacia coloni non nocet domino in causa nominationis.*

7 *Colonus suscipiendo iudicium, potest pœnitere, & auditur refectis expensis.*

8 *Nominatione facta per conductorem, debet fieri noua petitio per agentem, aliàs non auditur, vbi de communi.*

9 *Quid si nominatus sit diuersi fori.*

10 *Nominatio an habeat locum in conuento ex facto proprio, puta quod spoliauit, mandauit vel ratificauit spolium.*

11 *Nominatio an habeat locum si conductor conueniatur remedio cano. Redintegrandæ vel cap. sepe.*

12 *Operarius meus si dedit tibi damnum, & ego conuenior ad illud, soluendo, datur mihi actio, ex conducto, ac retentio mercedis.*

Nominationibus.

1 QVAERO † an in contrac. locationis, & conductionis habeat locum nominatio? & vtique sic cum colonus alieno nomine possideat, ita in specie tenet Specul. in titul. de primo decret. §. restat. nu. 18. Marant. de ordin. iud part. 6. in 6. membro docens in practica conductores, & colonos

2 quod statim in ipso † principio litis nominent dominum in iudicio, & dicant se possidere nomine alieno, & petant iudicium dirigi contra dominum, vt ipse defendat causam suam, & hoc ipso absoluitur reus ab obseruatione iudicij, & transfunditur contra dominum nominatum, nec est necesse probare quod conuentus possideat no-

3 mine alieno, sed sufficit sola nominatio, potest tamen actor si vult in se assumere onus probandi. Abb. in capitu. quoniam frequenter, vt lite non contest. Afflict. decisio. 129. Bartol. singul. 151. alieno nomine. Dec. consi. 62. Franc. de March. decis. 180. part. 1.

Limita

Limita nisi nominatio sit facta in
4 fraudem actoris, prout † bonus Iudex diligenter arbitrabitur. Afflict. decis. 217. Ruin. cons. 150. nu. 7. lib. 3 pulcre Machel. patroc. 13. num. 9 Benintend. decis. 79. Iacob. Meno. de recup. possess. remed. 16. q. 13.

5 Sed nunquid dabitur † appellatio, vtiq. non si sit pronuntiatum agere debere contra nominatum. secus si esset pronuntiatum agi non debere, vt per decis. 75. Borgn. de vsufr. mulie. num. 217.

6 Quid si colonus sit † contumax, nocebit ne domino. Vtique non l. final. C si per vim.

7 Quid † si suscipiat in se iudicium? vtique ante litem contestatam potest pænitere, & nominare refectis expensis. specul. vt sup. nu. 20.

8 Et notandum est etiam † cum Dec. cons. 62. nu. 4. quod facta nominatione per conductorem debet fieri noua petitio contra nominatum, aliàs condemnari non debet dicens hanc esse communem opinionem, & si nomi-
9 natus sit diuersi fori debet actor † ire ad iudicem suum alias succumbet. ita practicare docet in terminis Soci. Iunior cons. 66. num. 5. par. 1. & reus debet petere se absolui ab obseruatione iudicij, vt ibi per eum.

Et declara quod si quis conuenitur
10 possessorio † recuperandę & in libello narratur quod ipse est ille qui spoliauit, vel mandauit, vel ratificauit spolium, & non habet locum nominatio, quia conuenitur ex facto proprio. sed si conueniretur condictione cap.
11 sępe de restit. spoliat. † vel ex can. reintegranda. in quibus non agitur de facto conductoris conuenti, & tunc habet locum nominatio, ita declara t Afflict. dicens hanc esse veram declarationem, decis. 217. & vide infra. titu. de protestationibus. par. 1.

12 Considerãdum † est etiam quod si operarius meus dedit tibi damnum, & ego conueniar ad illud, possum soluendo recuperare actione ex conducto ac etiam datur mihi retentio mercedis. ita practicare docet specul. de iniur. & dam. dat. §. 2. vers. in summa. nu. 31. & passim tibi occurret, cõducis operarios in fundum tuum, deglutiuntur omnes fructus vicinorum retineas de mercede si conueniaris.

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur ad collectas.*

2 *Conductor soluens collectas potest repetere.*

3 *Conductor tenetur ad onera mere realia.*

4 *Conductor tenetur ad decimas.*

5 *Conductor tenetur ad refectionem viarum, & pontium.*

6 *Consuetudo attendenda est in solutione collectarum facienda per colonos.*

7 *Conductor ad longum tempus tenetur ad omnia onera, & tributa.*

8 *Colonus priuilegiati an teneatur ad collectas, & onera.*

9 *Conductor respondens in pecunia numerata non tenetur ad collectas.*

10 *Conductor non liberatur cedendo rei.*

11 *Declarationes ad materiam de colonis priuilegiatorum. vbi de communi.*

12 *Collecta imposita, ex causa de nouo superueniente post contractum ad quem spectat?*

Collectis.

QVAERO principaliter ad quem spectat onus soluendi collectus conductorem, seu colonum, vel locatorem?

1 Et verior est resolutio quod locator dominus teneatur ad collectas & si conductor aliquo modo solueret, da
2 tur sibi † repetitio Parpal. in l. placet. num. 3. C. de sacros. eccles. Cur. sen. cons. 36. Natta. cons. 409. nu. 4. Crauetta cons. 145. numc. 21. & * hęc est equior opinio Pedemon. decis. 83. vbi loquitur in colono partiario. Alex. cons. 35. nu. 12. vol. 4. Ias. con. 109. in 3. dubio vol. 1. Casta. in consuetudin. Burgun. fol. 651. num. 8. Ferret. cons. 199. num. 5.

Et ampliatur hoc esse adeo verum, vt statutum arctans colonos ad soluendum collectas pro domino est iniquũ, Boss. de princ. nu. 102. Rol. cons. 79. num. 11. vol. 4.

3 Declaratur vt non † procedat in oneribus mere realibus, vt in tributo quod fructuũ corpore soluitur. Alex. consi. 4. col. 2. lib. 5. Bellon. consi. 27. num. 10. similiter idem dicendum in decimis quæ soluendę sunt per condu
4 ctorem, † siue colonum. Lucas de Pen. in l. fina. q. 17. C. de quib. mun. vel prę stat. ne min. lice. se excus. Bello consi. 17. Bero. cons. 146. num. 12. vol. 1. & ita * communiter seruatur. teste Rolan. cons. 79. nu. 15. vol. ; ita declarãs doctrinam Bar. ad l. 1. C. de anno. & tribut. libro 10. Natt. consil. 419. vol. 2.

5 Declaratur secundo † in impositionibus in reficiendis vijs hostium transitu, vel exercitu, ad quę tenetur conductor, seu colonus. Ias. consil. 109. num. 3. lib. 2.

6 Declaratur tertio, nisi ex conuentione aliter actum esset quæ seruari debet. Rube. Alex. cõs. 135. Festas. de extim. & collect. part. 2. nu. 42.

Declaratur quarto nisi consuetudo esset iu contrarium. Pedemon. decis. 83. in fine. Alex. cons. 52. col. 2. vol. 5. Socin. Iun. cons 49. nu. 16. vol. 1. & cons. 75. nu. 16. vol. 4. Boss. de princip. nu. 120.

7 † Declaratur in conductore ad longum tempus, qui ad tributa & onera tenetur, & hæc est * communis opinio Alex. cons. 1. nu. 10. lib. . Silua. cons. 4. num. 4. Parpal. in l. placet. nu. 48. C. de sacros. eccles. Soarez in verbo cõductor. nu. 200. Natta cons. 3 . vol 1.

Subdeclara: nisi colonus ad lõgum tempus soluet pensionem cõd gnam, & fructibus commensurabilem. Rui. cons. 7. nu. 6. vol. 1. Ias cõs. 10 . col. 1. vol. 1. Natt. cons. 409 Rolan. cons. 79. nu. vol. 4. sed contrarium tenet Natt. cons. 3 2. vol. 2. dicens contrariam opinionem iure non probari, sed certe in equitate videtur fundata, & cons. 446. idem repetit.

Quid si dominus sit priuilegiatus, & exemptus, distingue, aut priuile-
8 gium est impositum † bonis, & transeunt ad quemcunque cum hoc indulto pro fructib. tamẽ soluenda est collecta, aut priuilegium est personale, & non transit de persona in personam & hæc est * communis resolutio villa so, in verbo ecclesia nu. 3. Borgnin. de vsu frnc. mulier. num. 163. Duen. regul. 120. Boer. decis. 213. num. 18. in fine Egid. Tomas in tract. de muner. & collect. §. si quispiam. nu. 7. 8 9. Capr. reg.

reg 96. num. 87. Dyenn. regul. 100. ampliat. 1 Alciat. consf 14. Cap. decis. 12. Carau. ric. Neapol. 46. num. 26. Rip. de peste nu. 127.

Ampliatur, vt non censeatur priuilegio præiudicatum nisi spatio triginta annorum contrarium fecissent, & alijs concurrentibus, de quibus per Ruin. consil. 195. in fine. volum... Cephal. consil. 58. articul vlti. num. 90. Euerard. consil. 2. Bursat. consil. 25. in fine lib.

Declaratur quinto in conductore respondente in pecunia numerata, qui

9 nô tenetur ad collectas. † Corset. in sing. in verbo locatio. 1. Alex. consi. 35. num. .volum. 4. Ias. consi. 108. in fine lib. 1. Bello. consi. 27. Pedemon. decis. 83.

10 † Nec conductor liberatur cedendo rei. Angel. in l. cum vsufructuarius. ff. de vsufruct.

11 † Declaratur tamen id quod dictum est de colonis priuilegiatorum aliquibus modis, vt primo vt procedat ante quam fructus sint separati a solo, vt tunc coloni gaudeant priuilegijs dominorum, secus si post. Ancar. in capit. quamquam, de cens. in 6. Barbat. consf. 20. num. vol. 4. Boss. de princip num. 122 Bursat. consi. 25 lib. 1. licet contrarium teneat Port. consi. 184. & male vt per Roland. consi. 71. num. 15. volum. 4.

Subdeclara, vt colonus ecclesię etiã pro eius parte sit exemptus quando ecclesia nimis grauaretur, & colonos aliter non reperiret, Silu. consi. 9. num. 7. Io. de Amic. consi. 1. nu. 3. Bursat. consi. 4 .nu. 17. lib. 1.

Declaratur secundo in gabellis, datijs, & alijs oneribus impositis pro vijs, & pontibus construendis, quia ad hæc etiam priuilegiati tenentur. Fede. de sen. consi. 11. nu. 7. Parpal. in d. l. placet. nu. 78. Rip. responsf 2. cap. 22. in 3. dubio. Bertach. de gabell. in 2. parte. q. 7. nu. 17. Alph. Aluarez Thesau. Cristian. relig. cap. 35. num. 33. Natt. consi. 409 collegium Taurinen. inter consil. feudal. secund. impress. consi. 4. Vasq. de success. li. . §. 21. limi. 7. nu. 18. dicens hanc esse communem opinionem. Euerard consi. 42.

Declaratur tertio in muneribus, & collectis impositis personis terrarum ecclesiæ extra casus a iure permissos, ad quas coloni nullatenus tenentur. Bursat. consi. 29. per totum. lib. 1.

Declaratur quarto nisi ex verbis priuilegij colligatur complecti colonos, puta si sit appositum ... perpetuum &c. Siluan. consi. 3. nu. 11. Alciat. responsf. 203. nu. 10. Boss. de princip. nu 184. vel sint apposita verba geminata, puta, tali familiæ &c. Alba consi. 62.

Declarat quinto loco Castrens. in l. 1. C. de episc. & cler. in colonis clericorum, non aliorum priuilegiatorum, sequitur Capit. decis. 12.

12 † Pone quod est imposita collecta, ex causa de nouo superueniente post contractum, ad quem spectet, vtique ad locatorem siue conductor sit ad modicum, vel longum tempus quia in hoc æquiparantur. Ruin. consil. 77. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Gabellam quis soluere tenetur conductor vel locator, vt multi & similes.*

2 *Salma non præsumitur mulionis sed aliena.*

3 *Mulioni soluenti gabellam pro rebus meis quas portabat datur retentio.*
4 *Mulioni nihil dici potest per Marruffinos gabellarum, licet de eo in bulle, Eta non fiat mentio sed de domino & fardello tantum.*

Vectigalibus.

1 QVAERO † casum vtilem, & quotidianum, quis debet soluere pedagium conductor, vel locator, distinguendum videtur, ut ex capitulis publicanorum sunt distincta pedagia, quæ imponuntur animalibus portantibus, & rebus portatis, & tunc dominus muli, vel nauis tenetur pro naui, vel mulo, & dominus pro rebus portatis. l. cum in plures. §. vehiculum. ff. locati vbi Castren. dicit esse casum quotidianum. si vero non sunt distincta pedagia, sed vectigal debet solui pro soma portata super animali, & tunc dominus rei insolidum tenetur, ita hunc textum in §. vehiculum. declarat Bar. in l. 1. §. 1. num. 6. ff. de publican. & ita sentire videtur Bart. in l. 1. in fine. ff. de alim. & cibar. lega. in l. item illa, in fine. ff de constit. pecun. Bal. in l. acceptam in q. 15. C. de vsur. Imol. in cap. indicante, col. 3. de test.

2 † Et nota quod præsumitur quod salma non sit mulionis, sed aliena. Bal. in l. 3. C. de nautic. fenor. vnde soluen-
3 ti † gabellam pro rebus meis quas portabat, datur retentio rerum. Bal. in l. fi. C. commodat. & si in bullecta facta à
4 gabellarijs, fiat mentio † de fardello, & domino, & de mulione cõducto, nihil dicatur, tamen mulioni nihil dici põt. Bart. in l. parippum. C de curs. publ. lib. 10. vbi dicit notandum.

SVMMARIVM.

1 *Coloni priuilegiatorum an sint priuilegiati, remißiue.*

Colonis priuilegiatorum.

1 QVAERO † nunquid conductores priuilegiatorũ sint priuilegiati. Vid. supra. q. de collectis, & decimis p. 2 & adde Paris. consi. 25. nu. 10. & consil. 69. nu. 6. vol. 1. Cephal. consi. 451. num e. 84. vol 4 Cursat. consil. 25. lib. 1. Roland. consi. 61. nu. 4. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas concessa tam personę, quàm bonis inquilini an extendat vires suas ad bona per eum postea conducta.*

Iure immunitatis.

1 QVAERO † venerunt quidam forenses habitandum Tudertum, in quo feliciores sunt aduenæ quàm originarij, & fuerunt eis concessæ multæ immunitates, & exemptiones, tam personis, quàm bonis, si isti conducant aliqua bona, nunquid exemptio, & immunitas porriget effectum suum ad bona conducta. inspicienda sunt verba concessionis, inquit Ceph. consi. 451. nu. 180. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conductores vectigalium excusantur à tutela, & cura.*
2 *Conductores prædij Cæsaris non excusantur à tutela, vel cura.*

Ex-

Excusationibus tutor, & curat.

1 QVAERO † an conductores vectigalium excusentur à tutela, & alijs oneribus. Vtique sic, secus in
2 conductore † prædij Cæsaris, vt not. in l. semper. §. conductores, & §. coloni. ff. de iur. immunit. in l. spadonem. §. qui vectiga. ff. de excusat. tut. in l. coloni. C. eod. titul in l. fin. C. qui.... tutor. poss.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habens expressam, non præfertur locatori anteriori habenti expressam.*
2 *Mulier habens expressam præfertur anteriori habenti non expressam, vbi de magis communi.*
3 *Locator prior in expressa hypotheca, præfertur mulieri posteriori habenti expressam licet post instrumentum mulieris fiat instrumentum calculi inter locatorem, & conductorem cum hipotheca, quia hoc secundum refertur ad primum.*

Qui potiores in pignoribus habeantur.

1 QVAERO † concurrunt simul locator in hipotheca expressa, & mulier in dote cum hipotheca expressa quis erit præferendus? Vtique locator si est in tempore ante-
2 rior. nam mulier habens † expressam non præfertur anteriori habenti expressam, glo. in l. assiduis. C. qui potior. in pign. habeantur. vbi Bart. dicit ita de consuetudine * seruari, & ita in practica seruatur teste Ias. in l. 1. ff. solut. matrimon.

Sed pone hic vnum notabile practicando adest instrumentum locationis primo loco factum cum hipotheca expressa, secundo loco adest instrumen-
3 tum † dotis cum simili hipotheca. tertio loco instrumentum calculi, & compositionis cum hipotheca, quis præfertur. Vtique adhuc locator, quia in hoc vltimo censetur facta repetitio primæ prælationis. l. emptor vbi Bart. ff. de nouat. Aret. in §. fuerat. col. 5. instit. de act. commendat in practica Bello consil. 87. num. 16. vbi in facto ita consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Studiorũ causa semper, & vbique fauorabilis.*
2 *Faber præueniens Doctorem expellere non potest.*
3 *Doctor cum fabro in tempore concurrens præfertur.*
4 *Fallit ratione loci, & consuetudinis eius.*
5 *Doctor qui alibi commodè stare potest non expellit fabrum qui præuenit.*
6 *Fallit in loco solito habitari per Doctores.*
7 *Doctor præfertur fabro primo conductori si alibi commodè stare nõ põt.*
8 *Doctor præfertur fabro si vterque cõmodè alibi stare potest.*
9 *Disposita in fabro extenduntur ad similia impedimenta.*
10 *Disposita in Doctore procedunt in alijs literarum professoribus.*
11 *Impediens ex causa pia an excludatur contra Ias. consil. 218. lib. 2.*

Pro-

præsbiteri, & monaci expelli non poterunt diuinis, & pijs operibus studentes, & videtur dura æquiparatio ad fabrum mechanicum opus exercens, & quandoque sine vsu rationis operantur contrarium disciplinati cum capitulis modeste, vt plurimum viuentes.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius non tenetur stare colono.*
2 *Singularis successor potest expellere conductorem propria authoritate.*
3 *Heres, & vniuersalis successor tenetur stare colono.*
4 *Singularis successor tenetur stare conductori ad longum tempus.*
5 *Singularis successor tenetur stare colono si ita conuentum sit.*
6 *Singularis successor an teneatur stare locationi tutoris.*
7 *An locationi mariti, vel vxoris.*
8 *An locationi prælati.*
9 *An locationi patris.*
An locationi factæ per prohibitum alienari.
10 *An locationi factæ a misso in possessionem ex primo decreto.*
11 *An ab emphiteuta.*
12 *An ab vsufructuario.*
13 *An à creditore.*
14 *Successor non habens plenum ius in re tenetur stare colono, vbi de cōmuni.*
15 *Fiscus tenetur stare colono, vbi de communi.*
16 *Vsuarius non tenetur stare colono.*
17 *Singularis successor tenetur stare colono partiario.*
18 *Dominus vendendo fundum fructibus plenum videtur vendere partem Domini.*
19 *Succedens per sententiam Iudicis tenetur stare colono.*
20 *Singularis successor tenetur stare colono quando de conductione appareat instrumentum cum hipotheca, vbi de communi.*
21 *Quid si hipotheca sit generalis tantum, vbi de magis communi.*
22 *Singularis successor offerendo interesse potest expellere conductorem.*
23 *Limita quando colonus agat secus si excipiat, vbi de communi.*
24 *Hipotheca omissa per errorem notarij habetur pro apposita.*
25 *Singularis successor offerendo fideiussorem non auditur, si damna sint liquida.*
26 *Singularis successor tenetur præcisè stare locationi stante iuramento, pacto de non alienando cum speciali hipotheca, vbi de magis communi.*
27 *Dispositio. l. emptorem, nō habet locum inter hebreos.*
28 *Locator offerendo interesse cogere potest conductorem stare colono.*
29 *Quid si locatio sit facta ad certum tempus cum pacto de non alienando ante quinquennium.*
30 *Singularis successor non potest expellere conductorem si locator promisit in instrumento non expellere etiam pro vsu suo.*
31 *Idem si promisit non alienare, vel pignorare sine licentia conductoris.*
32 *Locator in dictis casibus supra positis non auditur offerendo interesse, vbi de magis communi.*
33 *Vasallus non tenetur stare colono.*
34 *Proprietarius non tenetur stare vsufructuario colono.*
35 *Ecclesia, vel monasterium an teneantur stare colono.*
36 *Singularis successor tenetur stare colono quando in instrumento est reseruatum ius conductoris.*
37 *Singularis successor tenetur stare colono.*

no quando habebat notitiam locationis.

38 *Venditor ignorans adesse colono an videatur vendidisse partem suam.*

39 *Dominus aget reintegranda aduersus colonum non admittentem emptorem.*

40 *Conductor, qui ex aliqua iusta causa, de qua supra, non poterat expelli a singulari successore sponte relaxando possessionem sibi praeiudicat.*

41 *Secundus conductor perpetuus vel temporaneus tenetur stare locationi primae.*

Singulari successore.

PONAM principaliter aliqua nõ inutilia ad materiam l.emptorẽ.C.locat.videlicet Quod singularis successor non tenetur stare colono.

1 † Prima sit conclusio, legatarius non tenetur stare colono.l. qui fundum.l.si merces.§.1.ff locat.l. nihil,& l. fructus. ff. vsufruct. quemadmod. caue.

2 † Secunda sit conclusio, singularis successor potest expellere conductorem propria authoritate. gloss.in d.l. emptorem. Afflict.in cap.1.num.73. de pace iuramento firmand. Duenn. regul.240.ampli.2.

3 † Tertia sit conclusio hæres, & vniuersalis successor tenetur stare colono ex quo repræsentat personam defuncti.l. viam veritatis.C.locat. Barto.in l.si tertius.§.si prius.ff.de aqua pluuia arcend.

4 † Quarta sit conclusio, si conductor sit ad longum tempus, tunc singularis successor, ei stare non tenetur. Guid. Pap. decisio. 476. nume. 3. Au. in ad. 4.Tolos 402. Pirrhus Engleber. in rep.l.contractus.fol.2.& supra vidimus.

5 † Quinta sit conclusio, singularis successor tenetur stare colono si ita conuentum, est. Guid. Pape. decis.480. Roma.in §.si vir in quinquennium.nume.13.& ibi Imol.nu.8.in fine.

6 † De locatione tutoris vide de tuto. & curat.par.1.

7 † Septimo de locatione mariti vel vxoris supra de iur.dot.par.1.

8 † Octauo de locatione prælati de bon.eccles.par.1.

9 † Nono de locatione patris, de patr. potest.par.1.

10 † Decimo de prohibito alienare, sup. de possess.maio.par.1.

11 † Vndecimo de misso in possessionem ex primo decreto, de bon.autho. iud.poss.par.1.

12 † Duodecimo de emphyteuta, de iur.emph.par.1.

13 † Decimotertio de vsufructuario, de vsufr.par.1.

14 † Decimoquarto de creditore, de pignor.& hypot.par.1.

Decimoquinta sit conclusio, quando successor non habet plenum ius in re, tenetur stare colono Bald. in l. venditione.§.si quis fructus nu.4.ff.de bon. author.iudic.possidend.& hæc est cõmunis *opinio. Ias. ad l. diuortio. nu. 33.ff.solut.matr. Duenn.regul.240. limit.6.

15 Decimasexta sit conclusio † fiscus tenetur stare colono.l.final. in fine.ff. de iure fisci Curt. sen consil.10.nu.1. Ferdinand.Loapez.in repet.l.filiusfamilias.§.Diui.nu.41.& hæc est cõmunis opinio.Soarez.in verbo conductor.nu.212. idem in colono municipij vel communitatis Euerar. reputãs

hoc

hoc memoria dignum in loco a feud. nu. 51. & quouis alio colono habent hipotecham. Bal reputans hoc valde notabile in l. pignus. C. de pigno act.

16 Decimaseptima sit † conclusio vsuarius non tenetur stare colono. l. si habitatio. §. si vsus fundi. ff de vsu, & habitation. Alex. in d. §. si vir. nume. 10. Roman. nu. 13.

17 Decimaoctaua sit conclusio † singularis successor tenetur stare colono partiario, quia est loco socij. Fabian. de emp. & vendit. q. 6. membr. 18. Pedemont. decis. 82. Cephal. cons. 658. nu. 8. vol. 5. bene verum est quod do

18 minus † vendendo simpliciter fundum fructibus plenum videtur vendere partem domini. Ias. in l. cum filio fam. nu. 180. de le. 1. distinguendo vt infra eodem conclus. 27. de scientia locatoris.

19 † Decimanona sit conclusio succedens per sententiam Iudicis tenetur stare colono. Bal. in cap. quoniam frequenter §. final. vt lit. non contestat. & hæc est * communis opinio. vt per Pedemont. vt supra num. 6. Io. de Arno. dialo. 5. dicens hoc perpetuo notandum.

20 Vigesima † sit conclusio, quando de conductione est confectum instrumentum cum hipotheca bonorum, tunc singularis successor tenetur stare colono, ita dicit Bart. in practica perpetuo notandum ad d. l. emptorem & vbi Bal. Rot. decis. 1. in titul. de locat. secundum nouam impressionem, & secundum antiquam. 861. in antiquis. Corset. in verbo pactum, dicens hoc sempiterna memoria dignum Hipol. singul. 321. credo te scire. & hæc est * communis opinio Pedemont. decis. 155. num. 20.

21 Ampliatur vt procedat siue † hipotheca sit generalis siue specialis. Ferdinand. in 9. diui. num. 88. dicens hanc esse magis * communem opinionem tamen magis communis est vt generalis non sufficiat, Dionis. in sua consuetud. Bles. articul. 101. fol. 296. Bursat. cons. 101. nu. 2. vol. 1.

22 Vnde † cautela practicatur quod emptor vel alius singularis, successor offerat conductori suum interesse quo casu expelli poterit. Sali. in d. l. emptorem col. 2. in fine, & hæc est * communis opinio. Roland. cons. 60. num. 13.

23 vol. 1. quando colonus † agat, secus si excipiat, quia præcise stare tenetur. Soci. cons. 99. col. 1. lib. 1. Guid. Pap. q. 480. fall. 2. dicẽs * communem. Goza. cons. 24. nu. 9 Socin. Iun. cons. 129. nu. 10. lib. 2. Cepha. cons. 552. nu. 16. vol 4.

24 † Quæ sunt adeo vera, vt etiam si notarius per errorem, vel alio modo hipothecam generalem omiserith ab ea tur pro apposita quoad hunc effectũ. Boer. decis. 182. nu. 54. post Veron. Ias. & alios per eum allegatos.

25 Quid si offerat fideiussorem. † Vtique non auditur quando damna sunt liquida alias sic. Goz. cons. 100. num. 21. & Pedem. decis. 77. Bursat. cons. 101. nu. 2. vol. 1.

26 Si tamen in instrumento sit † appositum iuramentum prout communiter fieri solet, quod obligat pręcise vel sit appositum pactum de non alienando cum speciali hipotheca, cogetur singularis successor stare locationi, nec auditur offerendo interesse Roland. dicens hanc esse * communem opinionem cons. 60. in 2. dubio vol 1. Negusant. de pignor. in 2. membro 2. part. nu. 7. Couar. var. resolu. li. 2. cap. 15. num.

num.3. Turzan.cõcluſ.48.vbi omnes atteſtantur hanc eſſe magis * cõmmunem opinionem. dicendo hoc modo in practica. Pro quibus omnibus, & ſingulis obligat omnia ſua bona, & ſpecialiter dictum fundum quem ex nunc tenet iure pignoris & hipotecæ pro obligatione prædicta. Alex.in l. ſi filio.§.ſi vir. ub.nu.4. ff. ſolut. matr. Bart. in l.qui fundum ff.loca.vel adijcere pœnam aliquam. Bero. q. 97. per §.non ſolum. Inſtit.de verb.oblig. Bero.conſ.97.vol. 1. Toloſ. deciſ.4 0; Burſat.conſ. 01 .nu.2.vol.1. Pede.deciſ.8 .& 156.& procedunt prædicta ſiue emptor ſciuerit primum iuramentum ſiue non & ſic neſciuerit locationem. Natt.conſ.4 6.in fine.vol.2.

27 † Vigeſimaprima ſit concluſio. Diſpoſitio.l.emptorem nõ habet locum inter Hebræos. Goza.conſ.. 4.col.penult. Alpha.report. 0.

28 † Vigeſimaſecunda ſit concluſio, licet ſingularis ſucceſſor non teneatur ſtare colono, tamen locator tenetur cõductori ad intereſſe. l. qui fundum l. ſi merces.§. 1 .ff.locat. Auguſt. Bero. q.97.num 1. Hieron.Grat.conſ.95. nu.30.vol.1. Ducnn. regul. 2 0. nu. 10. Decius conſ. . vnde quando non adeſt iuramentũ ſolet practicari vt emptor offerat intereſſe colono, & cogi diſcedere non obſtate hipoteca.ita eſt * cõis practica. Natt.conſ.426.vol.2.

29 † Quod eſt adeo verum vt procedat in caſu, quando loc.ſic facta ad centum tps cum pacto quod nõ poſsit locator ante quinquenium alienare, nã ſi poſt quinquennium alienabit adhuc ad intereſſe tenebitur, licet ad tempus prohibitum ceſſeatur poſt tempus nõ prohibitum, ita ampliat. l. ſi merces §.1. ff.locat. Bero.q.97 per totam.

Practicando tamen dantur à practicis tres cautelæ ne conductor quoquo modo expelli poſsit per emptorẽ vel alium ſingularem ſucceſſorem.

Prima eſt de qua ſupra de obligatione bonorum.

30 Secunda quod locator † promiſsit eum non expellere etiam ſi pro vſu proprio indigeret. Fel.conſ.47.

31 † Tertia quod non poſsit locator ſine licentia conductoris alteri rem locatam vendere, pignorare, vel alienare aut alterum contractum inire. Roma. conſ.423. in fine. D.Bonacoſſ.in tractat. de cautel. litera C.verſ.Quinto.

32 Nec iſtis caſibus locator liberatur offerendo intereſſe, & hæc eſt magis * communis opinio. Socin.cõſ.93 col.1.li.4. Guid.Pap.deci.481.nu.5.

33 † Vigeſimatertia ſit concluſio, vaſallus nõ tenetur ſtare colono, quinimmo econtra, Bal.in cap.1.§.ſi quis.circa princip.quo tempor.miles.

34 † Vigeſima quarta ſit concluſio, proprietarius nõ tenetur ſtare vſufructuario colono, quia ſi vſufructuarius colat vineam ſuis manibus, & fructibus pendentibus decedat, proprietarius ad nihilum tenetur hæredi vſufructuarij, vt per doct.in d.§. ſi vir in quinquenniũ de quo plene Ceph.conſi. 81.vol.2.

35 † Vigeſimaquinta ſit concluſio Eccleſia vel Monaſterium non tenetur ſtare colono. Alba conſi. 08. in fin. Cephal.conſi.255.nu.4 .vol.2.contrarium tenet eod.vol.conſi. 5 .

36 † Vigeſimaſexta ſit concluſio. ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono quando in inſtrumento vẽditionis eſt reſeruatum ius conductoris. Roma. ſingul. 89 Caſtrenſ.conſi.16 . volu. Ceph conſi. 96.nu. 0. volu.2. Burſat.conſi.101.nu.4 vol 1.

Vigeſima

37 Vigesimaseptima sit conclusio † singularis successor tenetur stare colono, quando habebat notitiam locationis. Bero.cõsi.2.nu.12.& 15.vol.1. Bursf. conf.10 .nu.4.vol.1.Ceph.conf.518. vol.5. vbi loquitur in secundo conductore scienter emente ad exclusionem primi.

38 †Quid in vẽditore ignorante adesse colonum, an videtur vendidisse partẽ suam? Iaf.in l.cum [illegible] nu.180.de leg.1. videtur tenuisse quod non. [illegible]trarium tenet decis. Perusi.83. par.2. & videtur verior opinio, cum vt plurimum non sit verisimile vt dominus ne sciat colonos in bonis proprijs. vnde colonus aget contra venditorem pro parte sua actione locati vel pro socio, vt ibi per eum.

39 † Practicando tamen docet Specu-lat. quod si colonus noluerit admittere emptorem quod dominus qui vendidit agat contra colonum non admittentem emptorem, & dicat se ex hoc esse spoliatum, & petit restitui. & hoc docet fieri in practica specula. de resti. spoliat.§.1.nu 4.

40 † Practicando etiam illud notabiliter aduertendum est, quod cum conductor ratione hipothecæ modo quo supra non possit à singulari successore expelli si sponte relaxet possessionem emptori sibi præiudicat, nec amplius ad damna contra locatorem agere poterit. ita fuit determinatum per Rotã sacri Palatij Apostolici coram Aldobrandino die 14. Maij 1547. in causa Rauennæ molendinorum referente Paleotto Cardinale amplissimo decis. 52. Antonius locauerat. Bursat.consi. 101.nu.1.vol.1.

41 Vigesimaoctaua sit conclusio † secundus conductor temporaneus vel perpetuus tenetur stare primæ locationi, etiam si secunda locatio verbis valde prægnantibus facta fuisset, ita consuluit Iaf.conf.45.vol.3.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, & conductio transeunt ad hæredes.*

2 *Locatio ad beneplacitum extinguitur morte.*

3 *Locatio non transit ad hæredem cum beneficio legis, & inuentarij.*

4 *Locator [illegible] vacante habet electionem alteri [illegible] stare sine conductore, vt pensio currat.*

5 *Pupillus hæres non restituitur ad conductionem.*

6 *Locatio vsufructus non transit ad hæredes.*

7 *Fallit in vsufructu locato à proprietario, cuius morte non extinguitur vsusfructus, sed conductoris tantum.*

8 *Locatio vsusfructus facta per fructuarium vt dominum non extinguitur morte.*

9 *Locatio extinguitur morte in socio conductionis assumpto cum consensu primi locatoris.*

10 *Locator potest alteri locare, si hæres conductoris non reperiatur.*

11 *Locatio facta artifici non transit ad hæredes.*

12 *Conductio coloni ad nummos facta transit ad hæredes.*

13 *Conductio gabellarum non transit ad hæredes, nisi hæres sit aptus, & idoneus, & de eo sit dictum.*

14 *Socius rei conductæ quid tenetur communicare hæredibus socii mortui.*

15 *Intellectus ad l. actione. §. sed si etiam ff. pro soc.*

Hæ-

Hæredibus instituendis.

1 QVAERO † Numquid locatio, & conductio transeat ad hæredes? Utique sic. l. viam veritatis. C. locat. §. fin. instit. eod. l. cum in plures. §. hæredem. l. sed addes. §. pen. ff. eod. Iaf. in l. 1. nu. 36. C. de iur emphiteut. Franc. de Marc. decis. 627. part. 1.

2 † Declaratur nisi locatio sit facta per locatorem quoad ipse voluerit, quia tūc extinguitur morte locatoris. Castren. in l. locat. vel conduxit, vixerit. Castrens. in l. cum in plures. § hæredem. ff. eod.

3 † Declara secundo in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, quia facto inuentario præsumitur extraneus. Monticul. de inuent. hæred. nu. 42. vbi subdit quod dominus non prohibetur exigere pensionem actionibus competentibus.

Quid si hæres sit consocius, & fecerit inuentarium, vide ibi per eum.

Quid in hæreditate adhuc vacante
4 mortuo † conductore, dic quod est in electione locatoris, vel alteri locare, vel sinere rē stare sine conductore, vt currat pens. o. l. si vno. §. final. ff. locat. Cap. decis. 87. in fine.

5 † Pone moritur conductor relicto filio pupillo, qui repudiat, & locator alteri locat, post pupillus restituitur aduersus repudiationem, nunquid etiam ad conductionem. Vtique non d. l. si vno. § fin. cum l. sequen.

6 † Declaratur tertio loco in locatione vsufructus, quæ morte extinguitur, nec ad hæredem transit. l. si quis domum. §. hic subiungi potest. ff. locat. Angelic. in verbo locatio. nu. 15.

7 Subdeclarando in † vsufructu loca to à proprietario quę locatio non extinguitur morte locatoris, sed conductoris tantum Iaf. in addit. ad Port. in §. fin. litera C. Inst. de loca. vbi subdit quod si vsufructuarius locat ad quinquennium, si termino pendente moriatur locator, & conductor fecerit impensas in re locata, illas non repetit.

8 Idem vbi fructuarius † locasset vt dominus. l. si quis domum. §. 1. ff. locat. adde supra ad q. 10.

9 † Declaratur in socio conductionis assumpto etiam cum consensu primi locatoris, & cum clausula in solidum, & vt principalis, puta, conduxi fundū ad triennium, demum accepi in conductione consocium cum consensu primi locatoris, & se obligauit insolidū, nam isto casu finitur morte, quia est admixta societati. Pedem. decis. 76. etiam si de hęrede sit dictum, nisi sit socius conductionis vectigalium. Rui. cons. 90. nu. 8. vol. 1.

10 † Declaratur quinto quando hęres conductoris non reperiatur, quia tunc locator alteri locare poterit. Bart. in l. si vno. §. final. ff. locat.

11 † Declaratur sexto in locatione facta artifici, quę non transit ad hæredes Alex. cons. 108. vol. 4.

12 † Declaratur septimo in colono qui nummis colit cuius conductio transit ad hęredes, secus in colono partiario, qui sapit naturam socij, & societas extinguitur morte. Bart. in l. si merces. §. vis maior. col. 3. & sic facit. ff. locat. Petr. de Vba. in tract. de duob. fra. parte 11. q. 14.

13 Declaratur octauo in hærede conductoris gabellarū, nisi hęres sit aptus & idoneus. & de eo sit dictum. l. adeo. & ibi Bart. ff. pro soc. Bal. in rubr. C. eod.

eod.Pet.de Vbal.in tract.societ.part. 11.q. 3.dicens hoc valde notan. pro conductoribus gabellarum lacus Perusini,& similium. Rui.cons. 90.nu. 8.vol.1.

14 † Notandum est vlterius quod finita societate super aliqua re conducta communicari debet emolumentũ prouenienis ex re communiter remanente: etiam finita societate ex re gesta ante mortem socij puta ex vectura equi empti a socijs vt locaretur.nõ aũt de emolumento proueniente ex re non remanẽte communi & ex aliquo gesto post

15 mortẽ † & ita intelligitur textus cum similibus in l. actione. §. sed si etiam. ff.pro soc. pront pulcre declarat Rui. cons.90.vers.non obstat.vol.j.commẽdat Pedem.decis.76.in fine. sub nume. 12.clarius & latius hoc exprimit Rui. cons.216.num.7. cum sequent. vol.j. vbi latius materiam declarat & exprimit.

SVMMARIVM.

1 *Officialis decedens ante officium incoatum non transmittit ad suos heredes ius petendi salarium, vbi de communi.*

2 *Heredes officialis mortui post officium acceptum, & salarium habitum, non tenentur ad aliquam restitutionem etiam pro rata vbi de comm.*

3 *Heredibus doctoris mortui pendente anno debetur integrum salarium quando vnica est obligatio tantum vbi de communi.*

4 *Haredes Prasidis mortui non tenentur officialibus si se cum alio locauerint nisi pro rata.*

5 *Officialibus Prasidis mortui non debetur salarium, si potuerunt se cũ alio locare & noluerũt. vbi de commun.*

6 *Officiales Prasidis mortui si se locauerint cum secundo similiter mortuo agere debent a die mortis primi contra hæredes secundi.*

7 *Hæredibus famuli mortui debetur salarium pro rata.*

8 *Hæres scolaris mortui tenetur domino duodenę ad integrum salarium si alios non reperiat.*

9 *Doctori & similibus debetur integrum salarium, cum non stat per eum.*

Officio assessorum.

QVAERO cõnectendo prę cedenti quęstioni de materia l. diem functo.ff.de offic.asses.ponam aliquas conclusiones remittendo subtilitates Repetentibus. vtilia tantũ proponẽdo.

1 † Prima sit cum Bart.& alijs conclusio, legatus de latere, Pręses Prouincię, vel alius officialis decedens ante officium incoatum, non trãsmittit ad suos hæredes aliquod ius petendi salarium etiam si fecerit præparamenta ad officium. ita Bart in d. l. diem functo. vbi Bapt.de sanct.Seuer.in repetit.nu. 13.Iacob.de Nigr.nu.19.Sebast.sap. num.32.testatur hanc esse * communẽ opinionem.

2 † Secunda sit conclusio. si officialis accepto officio decedat recepto prius integro salario, eius hæredes nõ tenentur ad restitutionem pro rata tẽporis quo officialis non inseruiuit. ita glos.in d.l.diem functo.in verbo præstitum, & hæc est * communis opinio teste Caccialup.in d.l.nu.14.cum seq.

Tertia sit conclusio mortuo Doctore cõducto ad legendũ, aduocandũ, vel aliquod publicum officiũ, pendẽte ter-

G mino

mino, debetur integrum salarium, quando vnica est obligatio licet plures sint præstationes, secus verò si sit menstrua, ita sentit Barto.in l.1.§.diuus.col.penult.ff.de varijs, & extraordin.cognit.& eius opinio communiter approbatur, vt testatur Iacob de Nigr.ad.l.diem functo.num.22.vbi subdit communiter reprobari differentiam Barto.in aduocato cui sit constitutum salarium, vel annuatim, vel super certa lite, & causa. Bursat.consil. 20;.num.20.vol.2.

Quarta sit conclusio, officiales alicuius Præsidis mortui si se locauerint cum alio non debent habere integrum salarium ab hæredibus præsidis mor-
4 tui, † sed fieri debet distributio pro rata ita post Bartol.& alios tradit Caccialup.in repet.d.l.num 20.vbi quid si cum alio pro maiori salario vel minori quomodo sit supplendum.

5 † Quinta sit conclusio. Mortuo præside si eius officiales absque legitima causa potuerunt se cum alio locare,& recusauerunt, non debetur salarium a die mortis, ita tenet gloss.in d l. diem
* functo in verbo tempore *cum qua est communis opinio, Caccialup. vbi supra num.22.

9 † Sexta sit conclusio, officiales alicuius præsidis mortui si se locauerint cũ secũdo, qui similiter est mortuus, agere debent a die mortis primi præsidis pro residuo contra hæredes secundi, ita not.in l. sed addes.§.fina.ff.loca.& in l. si vno. §. item cum quidam.ff. eod.titu.

7 † Sed quid in famulo mortuo infra annum, vtique hæredibus debetur pro rata tantum. Franc.de March. quæstio.793. Cephal.consil. 70. nume, 4 & 7.& consil.71.nume 3.4.13.& 1°. Bonacoss.in tract. de famul. quæ.103.in fine.

Quid in scolare ad duodenam si moriatur infra annum, numquid debeatur
8 integrum salarium † domino. Vtique sic. Port. in §.final.instit. locat. quem sequitur Sap.in repet.l. diem functo. nu.:6.cum moderatione si alios non reperiat.

9 † Septima sit conclusio, si non stat per Doctorem, officialem, vel similes quominus exerceant, sed casu puta sine eorum culpa debetur integrum salarium.Natt.consi 462.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi habet locum in contractu locationis, & conductionis.*

2 *Contractus locationis, & conductionis est vltro citroque obligatorius.*

Iure accrescendi.

QVAERO de pulcra quæstione an in contractu locationis, & conductionis habeat locum ius accrescendi, & vtique verior resolutio vide-
1 tur quod sic † cum sit contractus vltro citroque obligatorius vt not.l.in l.fi.
2 C.de inut.stipula.per l.fundus ille.ff. de contra.empt.& maxime quando interest concedentis, vt sit locus iuri accrescendi, Crot.in repet l. re coniuncti nume. 144.de leg. 1. & adsit obligatio in solidum, Dec. in terminis locationis, & conductionis consil..08.in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Equisonus, conductor, vel mulio non assignans gabellam non nocet domino nescienti fraudem.*

2 *Equus, vel currus mulionis non assignantis gabellam non incidit in cōmissum ratione fraudatæ gabellæ vbi de communi.*

3 *Limita nisi vadat per viam insolitam.*

4 *Mulio, famulus, & similes conductores ignorantes vectigalia gabellam loci excusantur.*

Fraudata gabella.

QVAERO in hoc solemni tempore vindemiarum, quo in hac mea patria Tudertina soluitur gabella musti, si mulio, vel equisonus conductor non assignauit gabellam, an noceat domino equi, nescienti fraudationem, vtique non,† & eius equus vel cur-
1 rus non incidit in commissum ratione fraudatæ gabellæ, † & hæc est cōmu-
2 nis opinio Mazol. consil. 60 num. 11. & per totum D. Bonacoss. in commu. opin. litera F. Factum conductoris, quando mulio vadat per viam non rectam, & insolitam, Bartol. in l. 3. C. de naut. fœnor. Feli. in cap. cum olim. col. 2. de except. Bertac. de gabell. 9 part. princip.
3

4 † Et nota casum de facili euenientē. Tempore vindemiarum, conduxisti famulum, vel mulionem forensem, iurat se nescire adesse in loco ius vectigaliū, & iurat hanc ignorantiam habere, sufficiet ne iuramentum. Vtique sic. Abb. consi. 25. cōmēdat Marsil. in l. qui fal sam. col. 10. de fals. Io. de Arno. dialog. 56. dicens hoc perpetuo mēti tenēdū.

SVMMARIVM.

1 *Conductor tenetur ad pensionem vel naulum pro animalibus mortuis in bara vel naui, si vectura fuit constituta pro impositis in naui, vel bara.*

2 *Conductor non tenetur ad pensionem vel vecturam pro mortuis animalibus, si est imposita pro asportatis.*

3 *Conductor in d. bio tenetur etiam pro mortuis in itinere ad vecturam vel ...*

Ad l. Rhod. de iact.

QVAERO conduxi mulionem ad portādum hędos, vel familiam meam super baris, vel nauim, ad similem effectum si animalia, vel aliqui de familia moriantur in itinere, debebitur ne vectura, vel naulum pro eis? Considerandi sunt plures casus ad intellectum. l. si vehenda ff. ad l. Rhod. de iact.

1 † Primus est casus quando vectura constituta fuit pro impositis in naui, bara, vel similibus, si aliqui decesserint, pro mortuis, & non asportatis ad destinatum locum, vectura, vel naulū debebitur, ea ratione, quia lex contractus impleta est sine culpa conductoris. l. qui operas. ff. locat.

2 † Secundus est casus, quando vectura est imposita pro asportatis ad talē locum, & sic verba respiciunt executionem actus, & tunc pro mortuis in itinere non debetur, ratio est in promptu quia non est impleta conditio.

3 † Tertius est casus quando sumus in dubio, & tunc & eo casu etiam pro mortuis vectura debetur, cum non videatur stetisse per mulionem, vel mutam. ita Signor. cons. 95. num. 7. commendat Rom. singular. 355. Conduxi Stracch. de mercat. in titu. de naui. parte 3. num. 17. cum sequent.

SVMMARIVM.

1 *In contractu locationis & conductionis venit dolus, culpa lata & leuis.*
2 *Culpa leuissima venit in locatione rei quae de facili frangitur asserendo*
3 *Artifex locator tenetur de leuissima culpa.*
4 *Conductor ad vecturam equi extimati tenetur de leuissima culpa.*
5 *Conductor equi in itinere infirmati & apud hospitem dimissi & mortui ad quid teneatur.*
6 *Conductor debet probare duo s. mortē & identitatem.*
7 *Conductor ex deterioratione quando teneatur ad interesse.*
8 *Onerans mulum vel equum vltra consuetum an teneatur ad interesse.*
9 *Conductor tenetur ad mercedē, si equus incidat in commissum.*
10 *Quid si non praestitit bonos sumptus.*
11 *Locator si nolit recipere equum deterioratum qui interim moritur cuius periculo sit, & si recipiat sine protestatione quando praeiudicet.*
12 *Conductor equi post mortem ipsius, an teneatur ad extimationē solutionis & ad mercedem.*
13 *Conductor equi vitiosi an & quando possit agere ad interesse.*
14 *Conductori scelerato & malę vitę non fit remissio mercedis.*
15 *Mulio tenetur Mercatori de fardello in itinere amisso.*
16 *Famulus tenetur ad interesse ob lucernam minus bene custoditam, si domus ex hoc comburitur.*
17 *Colonus colens fundum per inexpertos operarios tenetur ad interesse, si ex hoc fundus deterioretur.*
18 *Locatori incumbit onus probandi culpam & debet specialiter probare in quo culpa fuerit commissa.*
19 *Culpa per quem sit probanda, quomodo & quando, & ibi practica probandi culpam, casum & cetera similia tam in culpa in omittendo quàm in cōmittendo.*
20 *Locator dicitur in culpa si promittit quod promittere non potest.*
21 *Culpa an & quando praesumatur contra conductorem.*
22 *Conductor excusatur probando fecisse consueta.*

Dolo & Culpa.

QVAERO, de quibus teneātur locator, & conductor. & † quidem in cōtractu conductionis venit dolus, lata, & leuis culpa, ex quo talis contractus celebratur gratia vtriusque l. contractus. ff. de regul. iur. l. qui Iudicio. C. locat. §. penult. instit. eod. titul. locat. Cephal. cons. 740. nu. 26. lib. 5. 1

2 Limitatur in † conductione rei quae de facili frangitur, quia tunc venit etiā leuissima culpa. l. si merces §. qui columnā vbi glo. ff. locat. Ale. in l. magna ne-

negligentia ff de verb. signific. & hæc est magis communis opinio, testatur Port. in §. f. in prin. inst. de locat. rõnē reddit, quia in frãgibilibus vertitur maius periculum ob id cautius est agendum, cap. vbi periculum, de elect. lib. 6.

3 Sub declaratur † præsens limitatio vt non procedat nisi vbi quis asserit se peritum, & locat operas suas tanquam artifex, quia tenetur tunc etiam de leuissima culpa, vt declarat Castrens. in d. §. qui per columnam, & Aret. in d. §. fi. insti. de loca. Cagnol. ad l. contractus. nu. 45. ff. de reg. iur. infra de ignorant. p. 3.

4 Declaratur † tertio quod veniat culpa leuissima quando quis recepit ad vecturam equum extimatum. Bart. & ibi etiam Castr. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod.

5 Sed pone vnum † quod in facto sæpius occurrit. conduxi equum ad vecturam, qui in itinere est infirmatus, & conductor apud hospitem dimisit, & mortuus est, nunquid conductor tenebitur. Vtique non quia non tenetur de leuissima culpa multo minus de vitio naturali, & casu fortuito. Bal. consil. 22. Ranutius libr. . sequitur, & valde commendat Io. de Arno. dialog. 9. dicens sæpius in facto occurrere, Bonacos. in tract. de equo. q. 20. & in practica sciat conductor, quia debet

6 probare † mortem equi ac etiam identitatē ipsius per signa, & colores, aliàs succumberet probãdo simpliciter mortem sine identitate. ita practicare docet Alexan. consi. 18. col. 2. & consil. sequent. volum. 1. Ias. dicens in facto ita iudicatum in l. bonorum in fine. C. de secund. tabul. Cotta in verbo scolaris.

Ex his etiam infertur ad aliam vtilem quæstionem. conduxit quis equũ ad vecturam qui deterioratus est, nunquid tenebitur ad interesse? Vtique sic

7 † si percussit ligno vel fustibus, secus si flagello vel calcaribus. Bar. in l. 1. C. de curs. public. lib. 12. sequitur, & commendat in actu practico Corset. in verbo cõductor, vbi rationem reddit, quia equus solet sollicitari calcaribus, & flagello, non lignis.

8 † Pari modo etiam si quis onerauit mulum vel equum ad vecturam conductum vltra consuetum, & ex hoc deterior efficiatur tenetur ad interesse ex huiusmodi leui culpa, not. Bart. in l. publici. C. de curs. publ. & angar. lib. 12. in l. qui insulam §. qui mulas. ff. locat. Corset. in singul. in verbo onus, dicens singulariter notandum quia quotidianum est, Cagnol. ad l. contractus nu. 8. ff de regul. iur.

9 † Quid si equus incidit in cõmissum culpa conductoris, quia diu stetit in loco, tenebitur ne ad mercedem? vtique sic, Bal. in l. colonus §. fin. ff. locat.

10 Quid si non præstitit † bonos sumptus ?, tenetur, vt respondet Bart. in l. animalia. C. de curs. public. lib. 11. Hippol. Bonacos. de equo. q. 2.

Quæro vlterius de alia quotidiana materia. quidam locauit equum alicui, qui deteriorem factum reddere volebat, locator petit, postea non vult, equus interim moritur, cuiusnã erit periculo conductoris, vel locatoris equus mortuus? Alber. ad l. huiusmodi §. ędem. ff. de legat. 1. dixit con-

11 ductoris † quia fuit in culpa cum deteriorem reddere. sed contrarium tenet Dyn. quia non constaret de extimatione deteriorationis, & ideo debet recipere, cum protestatione iuxta. l. quidã

extimauerunt. ff si cert. petat. innuit Angel. in l. qui fticum. §. qui sibi ff. de solutio. Crauett. consilio 10. numero 2. volum. j. aliàs dominus recipiendo scienter roncinum vitiosum, sibi præiudicat. Bartol. in l. opus. ff. locat.

12 An conductor † equi post mortem ipsius equi teneatur vsque ad solutionis extimationem ad mercedem pro eo, dato quod fuerit inter ipsum, & locatorem conuentum de sibi præstando qualibet die mercedem vel equum locandum? Vtique non, Specul. in tit. de loca. §. iam dicendum. versic. ecce locaui.

13 † Sed nunquid conductor equi vitiosi potest agere ad interesse? Distinguendum videtur, aut locaui equum vitiosum certum, puta hunc equum, & locator tenetur ad omne dãnum, & interesse, sed si locaui incertum, puta vnum de equis meis, cum haberem plures bonos, & malos, & postea præsentaui tibi malum scienter, tenetur ad omnes expensas factas in equitatione. Archiepisc. Florent. in eius summ. §. vj. columna prima titul. de spec. furt. Hipol. Bonacoss. de equo. q. 95.

Facit etiam ad propositum præ-
14 sentis indagationis de culpa. † Quod conductori viro scelerato, & malæ vitæ, & in specie decimas non soluenti non debet fieri remissio ex quauis causa legitima, quia præsumitur damnum eius culpa euenisse. Perus. in capitulo j. de decim. lib. 6. sequitur Ripa in tracta. de pest. in cap. de priuileg. contra. Pestis num. 34.

15 † Quid si mulio accepit fardellum in nundinis Fulginatensibus deferendum ab uno mercatore alteri, & cecidit in itinere, tenebitur ne? Vtique sic. Corne. consilio, 318. libro quarto.

16 † Similiter si Ragatius minus diligenter in stalla domus conductæ tenuerit lucernam, & ex hoc domus locata exusta fuit, teneris ad interesse quasi tua culpa id euenerit. Baldus & Salicetus in l qui iudicio. C. locat.

17 † Colonus qui facit laborare arbores per inexpertos, si prædia ex hoc sunt effecta deteriora tenetur domino de hac culpa l. prima. C. de mancip. & colonis, libro decimo, reputat singulare Corsettus in verbo colonus.

18 † Practicando autem animaduertendum est, quod locatori alleganti culpam incumbit onus probandi, Ancharanus consilio 349. Nec dicitur illam bene probare, nisi specifice probet in quo specialiter culpa, vel negligentia fuit commissa. ita post Bartol. ab eo allegatum practicare docet Alexand. in additio. ad Bartolum in l. si vt certo. §. nunc videndum, litera D. ff. commodat. & consilio 193. Commune Lucignani. Natt. consilio 449. volumine 2. nume. 4.

19 † Vlterius considerandum est in actu practico, aut quis tenetur de dolo, vel lata culpa tantum, & alleganti incumbit onus probandi, aut tenetur de leui, & leuissima, & iste tenetur probare casum, & sic conductor. ita sentire videtur. Summa Angelica in verbo locatio. nume. 26. & quidem in faciẽdo est culpa, puta conductor pullum nimis, & præmature onerauit, lata culpa est, probabitur aũt per homines, qui tali ministerio vtuntur.

tur, & testis dicat quod sic, & sic vidit onerari per homines similis conditionis, & exercitij, vel ipse talis exercitij sic solitus fuit onerare. Item quod murus sit malefactus, domus male cõposita, liber male scriptus. Testis in hoc deponat quod vidit rem articulatam, & vidit homines talis exercitij sic operari, quod opus in tale vitium non incideret, & à tali defectu abstinuisse.

Similiter culpa lata in omitendo probatur, quod testis dicat. vidi vineã non putatam, agrum non cultum, & hoc sufficit isto casu, quia talia communiter fieri solent. similiter si omisisti domum claudere. probabitur per testes qui viderunt eam clausam. Bart. in tract. de testibus nu. 109. cum multis sequentibus in l. si constante. §. si maritus. ff. solut. matr. Bal. in l. sola m. col. 3. C. de test. ex quibus infinita habes exempla in modo probandi culpam.

20 † Et notandum est etiam, quod locator dicitur in culpa si promittit quod promittere non potest, vel non obseruat quod promisit. Socin. consilio 156. numero quarto lib. 1. Cephal. consil. 589. nume. 5. libro 4.

21 Animaduertendum † est etiã quod contra conductorem non præsumitur culpa. Imol. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2. dicens semper vidisse iudicari ad fauorem conductoris quod contra eum non præsumatur culpa. quia hoc dictum est sano modo intelligendum. nec habet locum in eo qui tenetur ratione alicuius officii, vt in Caprario & similibus de quibus vidimus de casibus fortuitis. Nec etiam dictum Imolæ procedit in casu, qui verisimiliter reputatur fieri vel factus cum culpa, vt in magna arborum incisione. Bursat. dicens hanc esse * communem opinionem consilio 53. num. 32. vol. 1.

22 Et si conductor probabit † fecisse consueta excusatur. Baldus in l. nemo deinceps. in fine. C. de sacrosanct. eccles. Silua. consilio 26. numero 5.

SVMMARIVM.

1 *Conductor regulariter non tenetur de casibus fortuitis.*
2 *Quid si susceperit omne periculum in se.*
3 *Quid si suo risico, & fortuna.*
4 *Quid si specificauit vnum casum cum clausula, & omne aliud periculum, vbi de communi.*
5 *Quid si suscipiens periculum in genere tenebatur de leuissima culpa.*
6 *Quid si sit appositum iuramentum.*
7 *Quid si mora præcedat casum.*
8 *Quid si culpa præcedat, & sit ordinata ad casum.*
9 *Culpa dicitur præcedere casum tribus modis.*
10 *Cui incumbat onus probandi culpam precessisse, vel abesse.*
11 *Custos, vel alius obligatus ratione officii tenetur probare non culpam.*
12 *Periculum casus aduersi spectat ad conductorem.*
13 *Quid si periculum venerit culpa aduersarii.*
14 *Inimicitiæ locatoris an debeant nocere conductori.*

15 *Quid si factum aduersarii sit iustum, & a culpa remotum.*
16 *Quid si locator potuit periculum amouere, & noluit.*
17 *Quid in casu insolito, & stante iuramento multa exempla de casu insolito, & quando dicatur, ex magis communi.*
18 *Quid si in instrumento apponatur clausula casum præuisum, & non preuisum, cogitatum, & non cogitatum suscepit.*
19 *Quid si dicatur, etiam si sit casus, qui veniret inopinate, & speciali expressione indigeret.*
20 *Quid stante protestatione.*
21 *Quid in violentia facti.*
22 *Colonus recipiens a domino in laboritio boues extimatos, non tenetur de casu fortuito, secus si receperit ad libertatem suam.*

Casibus, & periculis.

QVAERO principaliter, nunquid, & quando conductor teneatur de casibus fortuitis, & periculis.

Regula igitur, & conclusio est, quod regulariter ex natura contractus con-
1 ductor non tenetur † de casibus fortuitis l. in rebus in princ. ff commoda. l. quæ fortuitis, cum materia. C. de pignor. act.

2 Ampliatur præsens conclusio † vt procedat, & vendicet sibi locum, etiam si conductor suscepisset in se omne periculum, adhuc enim de casu fortuito non tenetur. Ripa in tract. de Pest. in rub. de priuileg. contract. temp. Pest. num. 74.

3 Ampliatur † secundo etiam si conduxerit quis suo risico, & fortuna, adhuc enim de casu fortuito non tenebitur. Socin. consi. 124. lib 4. Alex. cons. 108. col. penul. lib. 3. quo casu tenetur de insolito si præuidere potuit. Ias. dicens magis * communem consil. 107. volum. 1.

4 Limitatur primo ista conclusio † vt non procedat quando conductor in specie suscepisset vnum casum fortuitum, postea adiecisset clausulam generalem, & omne aliud periculum &c. tunc comprehenditur omnis casus fortuitus cuiuslibet diuersitatis. Doct. & præcipue Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. * communiter canoni. in cap. 1. de commodat.

Sub declaratur ista limitatio vt procedat suscepisse, & se obligasse ad casum similem expresso non maiorem, qui iudicabitur Iudicis arbitrio. Alex. consi. 28. lib. 1. Feli. in cap. sedes de rescriptis.

Limitatur secundo vt non procedat nisi suscipiens periculum in genere alias
5 tenebatur † de leuissima culpa, quia tunc tenebitur etiam de casibus fortuitis, vt pactum aliquid operetur. l. item queritur. §. si gemma. l. opus quod in auersione. ff. locat. quem singularem dixit Roman. sing. 442. tu habes casum. & quid sit auersione locare ponit Alciat. lib. 7. parergon iuris ciuilis. cap. 28.

Quid si in instrumento sit apposi-
6 tum iuramentum? Vtique † per hoc solum non tenebitur de casibus fortuitis. Alexan. consil. 31. lib. 2. & hęc est communis * opinio Ripa. in tract. de peste. in cap. de priuileg. contract. temp. pest. nu. 84. Machel. patroc. 6. nume. 3.

Limitatur tertio vt conductor non
7 teneatur de casibus † fortuitis, nisi mora

mora casum præcedat. cap. final. vbi not. locat. late notatur in l. quod te. ff. si cert. pet. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obligat.

8 Limitatur quarto † nisi culpa præcedat casum, & culpa ordinata est ad casum, aliàs secus. §. item is cui. instit. quib. mod. re contr. obligat. Bart. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. Castrens. in l. si vehēda. § 1. ff. ad l. falcid. & in l. in rebus. ff. commod. Dec. & Cagnol. in l. contractus. ff. de reg. iur. Deci. cons 473. nu. 5. Imol in pluuia magna in cap. propter sterilitatem col. 12 locat. Boss. de remis. conduct. nu. 11. 73. 81. Bero. cōs. 141. nu. 9. vol 1. Rol. cons. 86. in fine. vol. 3. Bursat. cons. 11. nu. 31. vol. 1.

9 † Et culpa præcedit † casum tribus modis, si nō facit quod diligens hō fecisset, vel si contra fecit cōuentionē vel si cotingat. facto domesticorū vel seruorū, Papiens. in form. ad facti prestat. in verbo inuestiuit nu. 10. Castr. in l. videamus. in princip. ff. locat. vide infra. q. 109.

10 Cui † autem incumbat onus probandi talem culpam præcessisse vel abesse, ponit Barbat. in capit. final. col. 2. deposit. quę connectas cum traditis in quæstione de sterilitate, & damnis.

11 † Et qui ratione alicuius officij tenetur, debet probare non culpā. Bart. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend. in conductore caprario loquēs. nec sufficit probare simpliciter mortē. Emil. cons. 103. nu. 6. & est * communis opinio, Bursat. cons. 53. num. 32. vol. 1. dicens tenenri in hoc casu de leuissima culpa.

12 Circa † vero periculum altera sit cōclusio, quod periculum casus aduersi spectat ad conductorem.

13. Limita primo † nisi culpa aduersarij aduenerit casus l. 2 C. de naut. fenor. l. qui officii. §. final. ff. de cōtr. emquas leges Rom. vendidit octo ducatis Florentię singular. 441. Tu scis quod add. Ias. in l. 1 col 2. versic. confirmatur. C. de instit. & substit. Dec. in cap. ex parte el. 1. fallent. 32. de offic. delegat. Hipol. singul. 36. renuntiās. Arct. cōs. 101. in fine. Dec. in l. si soror. nu. 6. C. de collat. Bertachi. in tract. de gabell. col. 26. cons. 41. Dec. in ca. cum iter. in 2. notab. de except. Crauett. cons. 95. num. 6. vol. 1. Vnde Inimici-

14 tiæ † locatoris conductori obesse non debent Socin. cons. 70. col. 2. li. 3. Goza. cons. 27. num. 20. Ruin. cons. 47. lib. 1. & cons. 59. num. 13. lib 4. Neuiz. cons. 91. num. 9. Alciat. respos. 689. Iacob. Meno. cons. 27. nu. 33. & cons. 55. nu. 13.

15 Quid si factum † aduersarij sit iustum & a culpa remotum? Dicas idem, puta locator iuste bellum mouet, vel ei mouetur, cuius belli occasione conductor damnum patitur, certè huius damni habenda est ratio etiam quod conductor animaduersionem susceperit Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publican. & in quęstio. incipiente. Publicanus quidam, Ripa. vt supra nu. 89. cum sequen.

16 Limitatur secundo † si locator potuisset periculum, & casum ammouere, & noluit. tunc conductor, qui suscepit in se periculum, non tenetur de casu. l. si fundus. ff. locat. Bald. in l. si ea leg. C. de vsur. Corne. cons. 12. lib. 2. Roma. consil. 178.

17 Limitatur † tertio in casu. insolito qui rarissime, & de mille annis semel. euenire soleat de quo non præsumitur modo aliquo cogitatum lege sistu-

fiflu'as. §. frumenta, vbi Bartol. ff. de contrahen. empt. & in l. Scio. medico, de ann. legat. Bald. in l. falsus, colum. penult. C. de furt. Angel. consil. 17. Alexan. consil. 103. colum. penult. lib. 3. & hæc * est communis opinio, vt per Rip. in tract. de pest. in cap. de priuileg. pest. nume. 7. Ias. in d. §. quæsitum. dicens hoc esse practicabile, & quotidianum inferens ad hoc quod emens granum ad credentiam pro pretio quo valuerit de mense Maij non tenetur ad summam immoderatam si eueniat charistia insolita, quod no. ciuis. Tudertine, Michel. Patroc. 9. nume. 1. Neuiz. consil. 95. num. 5. qui hoc affirmat etiam si adsit iuramentum. Alciat. resp. nsf. 157. num. 7. Iaco. Mandel. consi. 1. num. 5. Iacob. Meno. consil. 27. nume. 18. vbi dicit casum dici insolitum qui a Principis obseruantia dependet post multos allegatos. Port. consil. 143 num. 6. cum sequen. & 144 nume. 9. dicens hanc esse * magis communem opinionem etiam stante iuramento. Cels. Hugo consil. 1°. nume. 2. Laurent. Chirco. commun opin. centur. 1. conclus. 27. & ita sæpius iudicauit sacrum Rotæ auditorium. Mohed. decisio. 23. Bursat. consil. 81. volum. 1. ponens exemplum, in bello Turcarum contra Venetos, inter quos fuit fedus per tot annos. Pontificis contra Florentinos, & dicitur insolitus qui non occurrit spatio 6. ann. ita, vt hominum memoria probari non possit, & ita pluries declarauit Rota, vt per Paleott. decis. 138. referens in vna Nursina ita fuisse iudicatum, & votatum. Natt. consi. 47. volum. 2. ponens exemplum in d. lunio, & maxima inundatione aquarum ad fauorem conductoris molendini cum susceptione cuiuscunque periculi post Bald. consil. 119. volum. 1. Iacob Meno. de arbitr. Iud. consi. 0. ponens exemplum, in immensa locustarum quantitate, prout anno 1542. & 1578. versus Vitellum.

Quid si in instrumento apponantur verba prægnantia, puta quod conductor suscepit in se omnem casum fortuitum

18 † tam præuisum, & cogitatum an non præuisum, nec cogitatum, an tunc teneatur de casu insolito. Respondetur quod non, si est casus de quo nullus etiam prudentissimus potuit cogitare. Corn. consil. 4. libr. Redo de rebus ecclesi. non alienand. quæstio. 18. versicu. Multi autem. num. 1. Iacob. Meno. de arbitr. Iud. libr. 2. centur. 1. cas. 80.

19 † Quid si in instrumento sit dictum, etiam si talis casus esset qui indigeret magis expressione speciali & qui veniret inopinate. Vtique sic. Alba consi. 1. num. 1 Petr. Santer. in tract. assecurat. part.

20 † Quid in casu quando præcessit protestatio, puta immisisti margheritas in domum, & protestatus sum, ne immitteres, ablatæ sunt, nunquid teneber stante protestatione præcedente? Vtique sic. Barto. & alij in l. pacta nouissima. C. de pact. per. l. cum in pluris §. locator ff. locat. Alex. in l. si vbi, de act. empt.

21 † Quid in violentia facti. Vtique locator tenetur. Bald. in l. si filio. §. final. ff. soluto matrimo. & in l. hæc distinctio. ff. locat. & in l. domum. C. eod.

22 † Limitatur quarto loco quando dominus dedisset colono boues in laboritio extimatos, quia tunc colonus non tenetur de casu fortuito, secus si dati

dati sunt ad habendum in libertatem suam, quia tunc extimatio facit emptionem, & periculum est emptoris. Bal. in l. 1. C. commodat.

SVMMARIVM.

1 *Incendij materia est ampla, & profunda.*

2 *Conductor non tenetur de incendio si appareat aliunde prouenisse, & ibi exempla.*

3 *Incendium præsumitur culpa inhabitantium in dubio si non appareat quis immiserit vbi de communi.*

4 *Talis præsumptio an sit sufficiens ad condennationem, & quid probare debeat locator vt obtineat condennationem, vbi de communi.*

5 *Talis præsumptio est sufficiens ad condennationem, si vnus tantum habitaret, secus si plures personæ, vel familiæ, prout in hospitijs, vbi de communi.*

6 *Conductor tenetur de incendio si sit commissum culpa lata, vel leui, secus si leuissima.*

7 *Arbitrio Iudicis statur in discernendo culpam latam, vel leuem personæ conductoris, & ibi multa exempla.*

8 *Cautela pro conductore probando vigilantiam, & possibilem diligentiam.*

9 *Conductor non tenetur ex facto familiæ si non deliquit in officio vt coquus, & similes.*

10 *Contra conductorem propter incendiū iuratur in litem.*

11 *Excusationes ad fauorem conductoris.*

12 *Cautela pro locatore, vt conductor teneatur de incendio.*

13 *Conductor non vtens ad vsum destinatum, vel contra, aut supra solitum alterando tenetur de incendio.*

14 *Conductor ignorans excusatur quia prohibere non potuit.*

15 *Conductor excusatur ab incendio si nullum commodum sentit.*

16 *Conductor excusatur vtendo persona perita nec solita delinquere in eius exercitio.*

17 *Conductor non excusatur exhibendo animal pro noxa.*

Incendio, ruina, & naufragio.

1 INCENDII † materia est ampla prout ignis, est etiam profunda, vt dicit Veron. in tit. de fornace. & est valde nodosa sed vtilis. Turza. opin. 85.

Quæro principaliter de alia vtili, & quotidiana quæstione, an conductor ædium teneatur de incendio, & ponam aliquas quæstiones, & conclusiones.

2 Prima sit conclusio † quando euidenter apparet incendium aliunde, quàm ex domo prouenisse conductor nullo modo tenetur, sed fortuito euenisse dicitur. Bald. consil. 44. Restorius, lib. 3. Silic. in l. quæ fortuitis. colum. 3. C. de pignor. act. Ana. consil. 71. num. 4. puta si ex fulgure prouenerit ignis. Fulgos. in l. si vendita. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Albe. in l. fistulas. §. fi. ff. de contr. emp. dicens ita Patauij fuisse decisum. vel si ex domo vicini scintilla ignis euolauerit.

uerit,& incendium excitauerit in alterius domo. Bal. consi. 41. quidam. in fine. lib. 1.

3 † Secunda sit conclusio. Cum non constat quis incendium immiserit, tunc præsumitur culpa habitantium exortum. l. 3. §. 1 ff. de offic. præfect. vigil. * & hæc est communis opinio teste Alex. consil. 50. nu. 2. lib. 1. de qua etiam testatur Thom. ferret. consi. 36. Cepol. consi. crimin. 69. Marsil. in l. . num. 11 . de sicar. Bursat. consil. 53. nu. 34. vol. 1.

4 † Tertia sit conclusio. Talis præsumptio non sufficit ad condennationem damni, cum sit præsumptio indeterminatæ, & incertæ personæ. Ias. consi. 16. num. ; . lib. . vnde probare debet locator certam, & determinatam personam, * & hæc est communis opinio, Roland. consi. 95. nu. 12. vol 1.

5 † Quarta sit conclusio. Quando in vna domo conducta plures personæ habitant, vel plures familiæ prout in hospitio conducto, tunc talis præsumptio non sufficit ad condennationem secus si vnus tantum inhabitaret. Bal. in l. si creditor. ff. de pignor. act. Veron. consi. 70. Afflict. decis. 57. num. 4. & 5. & hæc * est communis opinio. Iacob. Meno. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 390. num. 5. & nu. 11.

6 † Quinta sit conclusio præcedentium declaratiua, conductor de incendio, vt supra tenetur quando commissum est dolo, lata culpa, vel leui conductoris, secus si leuissima, ad quam conductor non tenetur nisi omittendo tantum. Gozad. consi. 63. num. 5. & 18. Marsil. in l. 1. num. 1 5. ff. ad. l. Cornel. de sicar. Vnde admodum versabitur diligens Iudicis arbitrium, in diiu

7 dicando culpam latam vel leuem conductoris attenta qualitate personæ habitantis, quantitate ignis, putando etiam si in domo reliquit adolescentes, pueros, vel puellas, vt per Gozad. d. consil. 11 . & Iacob. Meno. in allegato casu. num. 17. * & hæc est communis opinio. Trigo. singul. 57. Rolan. vt supra num. 15. Franc. de March. decisio. 61. num. 7. par. 1. Nouell regul 18. Decis. Perus. 25. num. 10. par. 1. Cephal. consil. 362. part. 2. vbi docet in practica quod culpa ista est articulanda, & probanda

Sexta sit conclusio. Cautela datur conductori ad sui exonerationem, pro

8 bando se quantum † potuit diligentẽ, & vigilantem, & consueuisse admonere seruos, vt ignem diligenter custodiant. Grammat. decis. 3. num. 13. Ioseph. de Amic. in rubric. C. publ. letit. lib 12. pag. 7. num. 8. Ferrat. cautel. 37. in fine Gram. decis. 3. nu. 13.

9 † Septima sit conclusio. Dominus conductor non tenetur ex facto familiæ suæ ex incendio secuto lata, vel leui culpa, vel dolo ex quo non delinquerunt circa eorum officium, prout in coquo, vel fornario. Calcan. consi. 4 . colum. 2. Grammat. d. decis. 13 num. 12. Turza. conclus. 185. num. 5. cum sequen.

10 † Octaua sit conclusio, contra conductorem incendiarium res, & rerum quantitas, qualitas, pretium, & extimatio probantur iuramento damnum passi. gloss. final. in l. nummis. in fine. & in l in actionibus ff. de iur. iurand. Flot. in eod. tract. §. 46. in fine.

Et practicando notabis quod si vis defendere conductorem de incendio domus probare debes incendium prin

11 cipium † habuisse in loco vbi de facili ignis esse non debebat, similiter excusat

cusat si sit factum à latronibus subita vi uentorum, vt late deducit Rol. consi. 95. nu. 22. vol. 2.

12 † Si tamen locator vult conductorem teneri de incendio, & leuissima culpa, apponat in instrumento hęc vel similia verba, quod conductor promisit de re locata vti, & frui bene diligenter & fideliter, nec sinere dictam rem locatam ad alium deuenire, nec quouis modo dirui, vel deteriorari suis dolo culpa vel negligentia, vel defectu, est decisio Perusi. num. 25. nu. 16. lib. 1. Bonacoss. in tract. de cautel. litera. C. sed vide Gozad. consi. 93.

13 † Considerabis etiam in practica qualitatem facti ad fauorem locatoris si appareat quod conductor non sit vsus ad vsum destinatum, vel alterauerit vsum, & contra solitum sit vsus Grat. consi. 4. nu. 15. vol. 1.

Vlterius in practica considerandum videtur quod conductor excu-
14 satur ab incendio, si ignorauit vnde prohibere non potuit, in terminis Cal. consi. 64 nume. 6. Rui. consi. 21. num. 1. lib. 4.

15 † Secundo loco conductor excusatur ab incendio, si ex eo nullum commodum sentit, nec vindictæ, nec pecuniarium. Calcan. consi 63. num. 1. Iacob. Meno. consi. 53.

16 † Tertio excusatur si vsus fuerit homine perito in aptanda re, nec solita delinquere in eius exercitio, vt in muliere, quæ aptando canapem, incendium commisit, consuluit Cephal. consi. 362. part. 3. quam posuit in furno vt melius aptaret.

17 † Sed numquid excusabitur exibendo, animal pro noxa? Vtiq; non sed est in electione locatoris contra quẽ agat Bero. quæstio. 39. nume. 3.

SVMMARIVM.

1 *Euictio habet locum in contractu locationis, & conductionis.*

2 *Locator liberatur præstando habitationem æque commodam, si conductor non potest vti re conducta.*

3 *Venditor tenetur ad interesse, nec auditur præstando rem æque commodam.*

4 *Locator tenetur ad patientiam successiuam, nec liberatur semel præstitisse.*

5 *Locatori agenti incumbit onus probandi patientiam successiuam.*

6 *Locator in iuribus tenetur ad patientiam, quæ iustificatur etiam per vnicum vsum tantum.*

7 *Locator dicitur satisfecisse patientiæ præstandæ dando cautionem in forma quod conductori frui liceat.*

8 *Patientia præsumitur ex possessione præambula alias probari debet.*

9 *Patientia est probanda etiam stante iuramento vbi de communi.*

10 *Cessio in iuribus non sufficit pro patientia.*

11 *Dispositio. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionib. empt. procedit in contractu locationis, & conductionis, vbi de magis communi.*

12 *Intellectus ad l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat.*

13 *Exceptio non implementi procedit in locatione, & conductione.*

14 *Quid si sit defectus in modico.*

15 *Quid si sit apposita clausula quod pœna commissa etc.*

16 *Quid si adsit iuramentum.*

17 *Quid stante legitimo impedimento.*

18 *Quid stante statuto prohibitiuo exceptionum.*

19 *Exceptio non implementi oritur ex ventre instrumenti.*

Item

20 *Item evictis finite.*
21 *Regula frangenti fidem. l. cum propo- nas. C. de pact. an procedat post exe cutionem.*
22 *Quid si fuerit inobseruantia in vno ca pitulo tantum, vel ei connexo.*
23 *Oratio in vno falsa, in omnibus redditur falsa.*
24 *Conductor agere potest de euictione, etiam non facta denunciatione, secus in emptore, & ibi ratio diuersitatis.*

Euictionibus.

1 QVAERO † an in contractu locationis habeat locum euictio? Vtique sic. l. si quis domum. vbi not. ff. locat. Caball. de euict. §. 4. in fine.

Considerandum tamen † est, quod si conductor vti non potest re conducta, quod locator liberatur præstando habitationem æque commodam, secus 3 in contractu † emptionis & venditionis quia condennatur ad interesse nec auditur offerendo æque commodum. vt not. Castrens. in d. l. si quis domum reputans hoc notabile, & quotidianũ.

4 Pone quod locator † semel præstitit rem, erit ne liberatus? Vtique non quia tenetur ad patientiam per factũ successiuum, vnde quandocunq; conductor molestetur, tenebitur locator, vt not. in l. corruptionem C. de vsufruct. in l. 1. ff. de verb. obligat. Ceph. consil. 577 vol. 4. & consil. 7 8. nu. 9. volum. 5.

Vnde si locator nõ præstat æque cõmodam habitationem, neque patientiam successiuam, siquidem locauit rem alienam scienter, & tenetur ad oẽ interesse, si ignoranter ad remissionem mercedis, vt per Castrens. in d. l. si quis domum.

5 Et in practica notandum est † quod locatori agenti incumbit onus probandi patientiam successiuam fuisse præstitam. Ias. in §. actionum nu. 147. Instit. de act. Aret. in §. sequens. col. fin. instit. de actio.

Considerandum est quod etiam in iuribus incorporalibus locator tenetur ad patientiam quæ inducitur, & iustificatur per vsum iuris locati, etiã vnicum. Bar. in l. quod meo. nu. 6. & 7. ff. de acquir. posses. Alciat. in l. 2. §. & harum. nu 37. ff. de verb. obligat.

6 Fateor tamen † quod patientiæ satisfit, si per locatorem à principio præ- 7 statur cautio per se nec eius † hæredẽ fieri, quominus conductori vti, & frui liceat re conducta. Pedemon. decisio. 51. nu. 6.

8 Et sciendum est etiam † quod patientia præsumitur ex possessione præ ambula, aliàs non, & probari debet. Alex. consi. 27. vol. 5.

9 Quid si in instrumento † sit appositum iuramentum? adhuc probanda est patientia quia per iuramentum non excluditur exceptio proueniens ex natu * ra contractus. & hęc est * communis opinio. Ias. in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. Roma. consi. 244.

10 Quid si in incorporalibus appareat cessio? Vtique non sufficiet. glos. in l. fin. C. quando fiscus vel priuat. Pedemon. decisio. 51. nu. 21.

Vnde in contractu locationis, & conductionis receptissima est conclu- 11 sio, quod non datur actio † nisi prius secuto implemento, & in eo procedit dispositio. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt. Grat. consi. 8. vol. 1. Crauett. consi. 151. vol. 1. Boc. in terminis decisio.

cisio. 249. nu. 9. Bursat. consi. 101. nu. 13. vol. 1. vnde semper eris cautus pra cticando excipere de non implemento quę exceptio oritur ex ventre instrumenti. Rolan. à Valle consi. 57. nu. 17. vol. 1. & hęc est magis * cõmunis opinio. Laurent. Chirchou. commu. opin. centur. 1. conclu. 9. Bursat. idem attestans consi. 53. nu. 6. vol. 1. decis. Perus. 50. nu. 6. part. 1. Natt. consil. 360. in princip. Roland. consil. 69. in princip. vol. 4. ad intellectum. l. quero. §. inter
12 † locatorem. ff. locat. quam ibi valde notabilem reputat ad hoc, & est in pro
13 prijs terminis † locationis, & conductionis. vbi etiam ampliat etiam si non fuerit impletum in modico capitulo. Natt. consil. 679. nu. 15. Cagnol. in l. si quis maior. q. 10. & 11. dicens hoc esse dictum singulare, & solitum allegari in practica, Bero. consi. 15. vol. 3.
14 nu. 14. ponderando verbum omnia in d. §. appositum, quod nihil excludit in terminis in locatione. Bero. consi. 144. col. 2. vol. 1.

15 Ampliatur secundo etiam † quod in contractu locationis sit apposita, clausula: quod pęna commissa vel soluta contractus firmus maneat. Bar. in l. cum pater. §. libertis de leg. 2. in l. qui fidem. ff. de transact. Alex. consil. 132. col. 1. vol. 4. Corne. consi. 40. col. 2. vol. 2. Goza. consil. 31. col. 1. Natt. consil. 679. nume. 16. Meno. consil. 1. nume. 3. 64.

16 Ampliatur tertio † etiam si adsit iuramentum adhuc opponi poterit per conductorem. Dec. in l. cum proponas nu. 5. C. de transact. ita ampliás regulam frangenti fidem &c. Alexan. consi. 105. col. 5. vol. 3. Ias. consil. 216. col. 2. vol. 2. Bero. consil. 144. col. 4. volum. 1.

17 Ampliatur quarto † etiam si impeditus quis fuerit necessitate, & legitimo impedimento: Abb. in cap. sicut. Il. l. imo. col. 2. de iureiur. Menoch. in d. consi. 1. nu. 3. 65.

18 Ampliatur quinto † ad statutum Tudertinum de guarantigia prohibẽs nullam posse opponi exceptionem cõtra instrumentum guarantigiatum nisi certas ibi expressas, hęc tamen imple-
19 menti non facti opponi † poterit, quia oritur ex ventre instrumenti. Bal. in l. ex prędijs. C. de euict. Corn. cõs. 245. col. 2. vol. 4. Dec. in cap. ex parte el secondo. in 10. fallent. de offic. deleg. Rom consi. 243. col. 2. Crauet. consil. 127. nu. 14. Rolan. in terminis consil. 69. nu. 14. vol. 4. vnde cessabunt prę ces infructuosę derogatorię guaranti
20 gię in tali exceptione † opponenda, & est litis finitę, vt per Rol. vt sup.

21 Declara vt exceptio † non implementi, ex regula frangenti fidem non procedat post executionem. Bal. & alij in l. in ciuile. C. de rei vendic. Alex. & cęteri in l. cum proponas. C. de pact.

Subdeclara vltra scribentes ibi vt intelligatur post executionem, s. perfectam. Brun. consi. 48. col. 2. in fine. sequutus est in terminis contractus locationis Roland. consil. 69. nume. 41. volum. 4.

22 Quid si fuerit † inobseruantia in vno capitulo tantum, vel ei connexo. doct. in d. l. cum proponas, tenent ad illud tantum restringi. contrarium tenet Castrens. consil. 288. col. fin. versi. nec obstat, in antiquis. pro cuius dicto
23 facit quod quando ratio † sumitur in vniuersum si vno modo est falsa, in omnibus redditur falsa. l. si is qui. §. vtrum. ff. de reb. dub. vnde non videtur valere consequentia, pacta sunt

seruata.

4 *Colono ex iusta causa deiecto non competit officium iudicis.*

5 *Colonus deiectus vtilius aget officio iudicis, in quo inordinate proceditur.*

Officio iudicis.

1 QVAERO † Numquid cōductori, vel colono eiecto competat officium iudicis, & vtique sic. Respondit glo. in l. non tantum. ff. de petit. hæred. in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. in l. manifestissimi. §. sed in secunda. C. de furt. Bart. in l. de vsu. ff. de varijs, & extraord. cognit. Bald. in l. ædem. col. 2. C. loca. Franch. in disputat. petitorij, & possessorij. num. 43. & hæc est communis, & receptissima opinio. Iacob. Menoch. in 17. remed. recuper. possess. nu. 21. in fine reputat memoriæ commendandum. Euerar. in loco a feud. ad emphyt. nu. 51. dicens in facto habuisse in ardua quæstione.

2 † Vnde glo. in l. si de fundo. C. locat. inquit Colonum à possessione per dominum eiectum, habere contra ipsum actionem ad interesse, si vero deijciatur a tertio,

3 † agere cōtra dominum vt sibi cedat interdictum vnde vi, quo contra tertium valeat experiri ex iure cesso. Natt. consi. 61 nu. 49. vol. 1.

4 † Limita in colono ex iusta causa deiecto, puta ob pēsionem non solutam. Bal. in l. si coloni. col. 2. C. locat. Alex. consil. 131. col. 1. lib. 4. Vnde passim colligis quantum noceat colono pensionem non soluere.

5 † Et in practica admonet Contard. ad l. vnicam. C. si de moment. possess. limitat. 21. nu. 13. vt cum conductor turbatur, vel deijcitur, vt semper recurrat ad Iudicis officium in quo fere inordinate procedi potest.

S V M M A R I V M.

1 *Conductori impedito à domino vti re conducta datur actio ad interesse lucri deperditi.*

2 *Conductori impedito facto tertij datur actio ad interesse, si locator potuisset tollere impedimentum.*

3 *Locator offerens restaurationem conductori pro tempore, quo non est vsus an sit audiendus, & quomodo.*

4 *Locator offerendo rem æque idoneam, auditur.*

5 *Colono datur actio de dolo contra dominum impedientem tollere fructus seminatos.*

De eo quod interest.

QVAERO numquid vltra prædicta remedia succurratur conductori non valenti frui re cōducta? Et vtique si prohibeatur à domino, datur actio ad interesse lucri deperditi. l. si fundus. in prin. ff. locat. Paris. cons. 38. nu. 17. li. 1. Iaf. consl. 109. nu. 1. li. 1. Aret. consl. 111. col. 2. De facto vero tertij impediētis locator tenetur

2 ad interesse, si potuit † tollere impedimentum. Rom. conf. 178. Soc. consi. 83. nu. 1 & consi. 135. num. 7. lib. 1. & consi. 156. num. 9. lib. 2. Scisell. ad. l. si quis ante. nu. 13. ff. de acqui. possess.

Sed pone hic vnum quod in facto de facili euenire pōt, cōductor nō potuit vti re cōducta in anno, agit ad interesse, vel remissionem mercedis, replicat locator, & offert pro anno sequēti, nūquid sit audiēdus in restauratiōe tpis?

3 † Distingue, aut cōducitur res, vel opera, prio casu nō auditur, locator scdo casu, aut non habetur respectus ad cer

tū tēpus, puta promisit operas vnius anni simpliciter, & auditur in restauratione temporis, aut fuit habitus respectus ad certum tempus, puta operas præsentis anni, vel mensis, & tunc non datur restauratio. Floria. in l. quæsitum. ff. de vsufruct. Dyn. in l. vsufructum cum moriar. §. 1. ff. de vsufr. legat. Barto. in l. item si vno. §. item cum quidem in fine. ff. locat. Bald. in l. libertí. col. 6. C. de oper. liber. & vide Roma. consi. 432.

4 † Quid si locator offerat rem eque idoneam, audietur ne? Vtique sic. l. si quis. la. 1. & ibi Barto. Bald. & alij. ff. locat.

5 † Similiter si colonus qui accepit fundum ad seminandum pro fructu inde percipiendo, & dominus fundi non patiatur eum fructus tollere habet contra eum actionem de dolo. Barto & Ias. in l. permisisti. §. permisisti. ff. de præscript. verb. vbi dicunt esse casum quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *Conductor plurium rerum si vna tantum vti non potest, resilire potest pro omnibus.*

Conductore impedito.

QVAERO Conduxit quis plures res vnica pensione, vna ex illis tantum vti nō potest, an poterit resili-
1 re à conductione † omnium pro impedimento vnius tantum? Vtique sic, vt consuluit Imol. consil. 39. visis, ac ponderatis, per textum in l. si duos. ff. de contr. empt. sequitur Tiraquel. de retract. lignaier. §. 23. glo. 1. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si quis maior. C. de transac. habet locum in contractu locationis & conductionis, vbi de communi.*

2 *Conductor attenta æquitate pro vna vice restituitur, maxime si ob paupertatem vel aliam legitimam causam, non obseruauit in tempore.*

Iure iurando.

QVAERO, an in contractu locationis, & conductionis habeat locum dispositio. l. si quis ma-
1 ior. C. de transact. & vtique sic. † Bart. Bald Alex. Ias. & alij in d. l. si quis maior. Imol. in l. si insulam in 6. limit. ff. de verb. obligat. Corn. consil. 10. col. penult. vol. 4. Alex. consil. 76. col. penult. vol. 5. Guid. Pap. singul. 620. Cassad. decis. 2. in titu. de iur. iurando Bertrand. consi. 62. col. 5. vol. 1. Bero. q. 100. num. 1. Caball. de euict. §.
* 3. nu 51. * & hæc est communis opinio. Roland. consi. 69. nu. 35. vol. 4. in terminis loquens.

2 † Non tamen omittam ante oculos ponere iudicibus equitatem de qua per Iul. Clar. in §. Emphyteusis. q. 8. quia notarij in omnibus instrumentis apponunt iuramentum, & res efficitur nimium dura, & rigorosa, quin saltem pro vna vice excusentur conductores, & quam maxime si ob paupertatem vel necessitatem conductor non impleuerit in tempore conuento, vt late commendat Io. de Arno. Commenta. 64. & singul. 62. Et vidi Tuderti in vna Plani sancti Martini caducitatis remissionem fieri pro vna vice tantum Rustico conductori ad longum tempus,

pus,de qua conductione constabat publico iurato,& guarentigiato instrumento in quo promiserat nullam arborem incidere,spedare,vel framare sine licentia locatoris.

Considerandum etiam est quod cōductor non potest agere contra locatorem ad pœnam.l. si quis maior si ipse non obseruauit. Rui.consil.5. .vol.1. admonens in practica conductores ne perseuerent in conductione post contrauentionem per eos præ[illegible] quia hoc modo remisisse censentur,& [illegible] habes notabilem limitationem a conductoribus ad.l. si quis maior. C. de transact. Et ibidem ponit Rui. si locator alienauit pecudes super laboritio datas an dicatur locationi contrauenisse.

SVMMARIVM.

1 *Actio redhibitoria vel quanti minoris non vendicat sibi locum in contractu locationis,& conductionis.*

2 *Ediles non habebant iurisdictionem circa locationes.*

Edilitio edicto.

QVAERO numquid in contractu locationis,& conductionis habeat locum actio redhibitoria,vel quanti minoris,† vtique nō
1 nisi in locatione ad longum tempus, & vtilis tantum,Bal.in l.2 in vlt.opp.
2 C.de edilit.act.dicens † quia ediles nō habebant iurisdictionem circa locationes.Commēdat Cotta in verbo actio dicens singulare ad intellectum tituli de edilit.action. Caball. de edilit.act. cap... num.1c.

SVMMARIVM.

1 *Colono vel conductori non competit interdictum vti possidetis.*

2 *Fallit in colono ad longum tempus, ex quo possidere dicitur.*

3 *Locatori competit vti possidetis interdictum etiam si colonus statim turbatus discesserit.*

Vti possidetis.

QVAERO an conductori,vel
1 vno competat interdictum Respondit Iacob.Mend.Et vtique nō possess.remed.3.q.5. ex quo non possidet,sed detinet tantum.Vnde conductori ad longum tempus cum possidere dicatur † tale remedium competere
2 dicitur. Euerar.reputans hoc notabile in loco à feud.ad emphyteus.nu.5 .si ergo colonus turbatur experitur dominus,quod procedit etiam si colo-
3 nus facta turbatione † decessit. Bal.in cap.licet causam.nu.34. in fine de probat. Declara,& limita, vt supra de interdicto vnde vi.q 24.& adde quod colono tale interdictum non competat, quod ita tenet Ripa in l.1.nu. 4 ff.de acq.poss.in rubr. de caus.poss.& propriet.nuinc.26. Rube. in . nihil.
* commune,num.30.& hæc est magis communis opinio Bursat.consil. 90. num.5.vol...

SVMMARIVM.

1 *Locator,& colonus,quilibet pro suo interesse potest accusare de dāno dato.*

2 *Colonus nummis colens non potest accusare de robaria fructuum. ex forma statutorum aliquid disponentium in derobantem rem alterius.*

3 *Colonus potest expellere pecora de fundo dummodo non occidat.*
4 *Colonus potest prohibere intrantem.*
5 *Colonus potest furi auferre fructus.*
6 *Colonus potest ducere ac iudicem furem fructuum.*
7 *Colonus non potest pignorare vel grauare damnum dantem.*
9 *Colonus potest furem fructuum telo se defendentem occidere.*

Iniuriis,& damno dato.

QVAERO, est illatis quis po numin bon de damno dato do ..., vel conductor? Vtique quili-
1 bet pro suo iure,† & interesse,ita Bart. in l.fur.ff.de vsufruct.sequitur Aret. in rubr.ff.de nou.oper.nunciat.reputat singulare Guid. Pap. singular. 6. 43.& conductor exigendo non tenetur restituere domino. l. is qui rem.vbi not.ff.locat.
2 † Sed colono nummis colenti non competit ius accusandi de robaria fructuum ex forma statuti punientis de robantem rem alterius. Angel.in l. Iulianus.ff de vsufruct.sed bene partiario pro suo interesse,vt per Flor.in d.l. si fur.
3 † Et adde ad delectationem quod colonus pōt expellere pecora de fundo, & includere,dummodo non occi-
4 dat.l quintus.ff.ad.l † aquil. pōt prohibere intrantem.l. diuus.ff. de seru.
5 rusti.præd. potest † fructus quos quis surripuit auferre,not. in l. ait prætor. §.si debitorem.ff.quæ in fraud.credit.
6 potest ad iudicem ducere † furem fru ctuum.l.interdum.§. qui furem.ff.de
7 furt.sed non potest pignorare † vel aliter grauare damnum dantem.l.nō est singulis.ff. de reg. iur. potest furem
8 fructuum telo † se defendentem occi-
re.l.itaque.ff.ad.l.aquil.

SVMMARIVM.

1 *Colonus locando altri fundum dicitur turbare dominum in eius possessione*
2 *Colonus in fundo existens,conducendo ab alio dicitur turbare dominum in eius possessione*
3 *Colonus ... fundo dominum in eius possessione criminaliter conuentus,potest puniri pœna legis Iuliæ de vi. Et crimine stellionatus.*
4 *Colonus turbat dominum in eius possessione tradēdo alteri fructus vel pensionem,vel promittendo alteri tradere.*
5 *Colonus recusans restituere possessionem,dicitur turbare dominum.*

Turbata possesione.

QVAERO iuxta præcedentia. Quando,& quomodo conductor vel colonus dicantur turbare locatorem in sua possessione? Et
1 quidem locādo alteri fundum † Paris. consi. 126.nu.5.lib.4. ita etiam vt existens in possessione vt colonus alicu-
2 ius,ab altero conducit, † nam & tunc turbare dicitur. Alex.consi.80.num.9. lib 2.& si criminaliter hoc casu agatur
3 duplici pœna † agetur. s. legis Iuliæ de vi & crimine stellionatus. Iacob. Meno. de arbit. iud. lib. 2.cas.381. num.1..
4 † Similiter colonus turbat dominū, cū alteri tradit fructus,vel pensionem, vel alteri tradere ꝓmittit cōtra ipsius domini volūtatē, vel non vult restitue
5 re possessionē Bal.ī l.cū † nemo col...

num.

num. 5. C. de acqui poss. f. Feli. in cap. licet causam. num. 11. de probat. Rebuff. ad constit Galliæ tomo. 3. de materijs possessorijs artic. 1. gloss. 2. nu. 7. Iacob. Menoc. de retinend. possess. remed. 3. nu. 466. vbi declarat.

SUMMARIUM.

1 *Conductus ad laborandum in agrum alienum excusatur, vbi de communi.*

2 *Amplia vt non possit puniri etiam pœna arbitraria.*

3 *Amplia in conductore quasi domino, vt tutore, & similibus.*

4 *Conductus in agrum alienum post protestationem factam punitur, vbi de communi.*

5 *Conductus in agrum alienum laborando de nocte, vel clandestine punitur, vbi de communi.*

6 *Conductus conuentus ex facto proprio non excusatur.*

4 *Conductus faciens actum illicitum de genere probibitorum non excusatur.*

8 *Conductus existens in dolo, vel culpa faciendo non facienda excusatur.*

9 *Practica vt operarii desistant ad opere.*

Protestationibus, & denunciationibus.

QVAERO de praticabili, quæstione Conduxi em pronium in agrum ad laborandum qui accusatur, numquid excusetur. Vtique si ex quo
1 sumus in genere permissorum. Gloss. notabilis in l. in rem. §. tignum. ff. de
* rei vendic. * quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Socin. consi. 4. num. 13. lib 4. & ita passim in practica tenetur teste Ias. in l. de pupillo. §. nunciatio. nume. 7 ff. de nou. oper. nunciat. Boss. in titul. de mandat. ad homicid. num. 12.

2 † Extenditur, vt nec etiam puniri possint pœna arbitraria, Bal. consi. 14 praesupponitur lib. 1. quod est repetitum cons. 4 3. li. 3. & consi. 136. li. 5.

3 † Extenditur quando non vere dominus, sed quasi dominus vt tutor, & similes mandasset, & conduxisset. glo. in l. is qui. §. si tutoris. ff. quod vi, aut clam. Iacob. Meno. de arbitr. iudic. cas. 154. num. 39.

4 † Declaratur nisi sit ei facta protestatio, vel denunciatio, & ea adhuc non obstante, prosecuti fecissent opus incoatum, Angel in authent. vt omnes
* obediant. Iud col 3. & in d. §. tignum, & hæc est cōmunis opinio. teste Dec. in l. velle non creditur, num, 3. ff. de regulis iuris, Nouell. in pract. criminal. cap. 10. num. 36. Rip. in cap. decernimus. nu. 42. de Iudic. quidquid post alios tenuerit Roland. consi. 54. vol. 1. quia potest responderi ex dictis Decij in allegata. l. velle.

5 † Declaratur nisi talis conductus de nocte vel alias clandestine operatus
* esset. * & hæc est comunis opinio. Iul. Clar. in pract. crim. §. final. q. 60 versi. solet dubitari.

6 † Declaratur tertio nisi cōductus cōuenirctur ex facto proprio quod ipse laborasset, vel quid simile fecisset, nam non excusatur nominando dominum Afflic. decis. 2 7. Alex. consil. 36. visis vol. . Soc. in l. rem quę nobis. nu. 2 ff. de acq. possess. Socin. Iun. consi. 8. num. 33. vol. 1. Plot de in litē iuran. §. 9. sub. nu. 7.

8 † Declaratur quarto nisi cōductus fecisset actum illicitum, & de genere

prohibitorum, nam tunc non excusatur, vel vbi scienter prohibuisset aliquem vti re sua. sed bene habent regressum contra conducentem. Plot. vbi supra limitat. & quando conductus sciebat. adde Papien. in forma turbatę possessionis in verbo animo. nume. Ripa in cap. decer. imus. nume. 40. de constit. Gan. in tract. malefic. in titul. de pen. col. 8.

8 Declaratur quinto † vt non excusentur quando fuissent in aliquo dolo vel culpa faciendo non facienda, puta incidendo non incidenda, vel omittendo facienda, vel agendo tempore incongruo. Ange. in auth. en. vt omnes obed. Iud. col. 3. & in Aret. in tract. maleficiorum, in verbo mandatorem, vel excessissent fines mandati. Bal. in d. consi. 436. & adde, & iunge hęc omnia ad q. supra, vbi de nominatione fuit actũ.

9 Practicando igitur † cautus eris vt facias statim denunciari operarijs vt desistant cum bona sint tua. Inspiciendo actum, nam si erit de genere prohibitorum vt dictum est nullo modo excusabitur, si de genere permissorum, videas de dolo, & culpa, puta faciendo tempore incongruo, vel incidendo arbores non incidendas omittendo studiosè aliquid gerendum. Inspicias insuper si poteris elicere scientiam laborantium puta quia vicini, nisi absentes, vel infirmi, in quibus præsumitur ignorantia vel de publica voce, & fama quod talia bona sint tua non talis, si de nocte, vel die, & quid fuerit commissum, an excesserint fines mandati.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non tenetur ex l. Aquilia.*

2 *In capitibus. l. Aquiliæ non venit leuissima culpa in omittendo, vbi de communi.*

Ad l. Aquiliam.

1 QVAERO † an conductor teneatur de lege Aquilia? Vtique non cum in ea non veniat leuissima culpa

2 in omittendo † Alex. consi. 50. nu. 2. vol. 3. Afflict. decisio. 5. num. 8. Ferrat. cautel. 36 nume. 2. Grammat decisio. 3. nume. 15. Sadolet. in l. quod te. nu. 16. ff. si cert. pet. Moniard cart. 6. nu 5. & hæc est communis opinio. decis. Perusi. 25. in fine part. 1. Ceph. consi. 302. part. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conductor non potest nunciare nouum opus, vbi de communi.*

2 *Conductor potest nunciare nouum opus in absentia domini.*

3 *Conductor potest nunciare nouum opus in iudicio recuperandæ possessionis.*

4 *Conductor potest nunciare nouum opus quando de coductione appareat publicum instrumentum cum clausula constitutionis procuratoris, ponens eundem &c. & similibus.*

5 *Conductores à publico vel camera possunt nunciare nouum opus.*

6 *Conductor ad longum tempus potest nunciare nouum opus.*

Noui operis nunciatione.

1 QVAERO † de alia vtili, & quotidiana quęstione an conductor possit nunciare nouũ opus

opus. & conclusio vera est quod non, vt not. in l. in prouinciali. §. si ego. ff. de nou. oper. nunciat. vbi Ias. nume. 5. dicit hanc esse communem* opinionem.

2 Declaratur primo † nisi dominus sit absens. Doct. in l. 1. C. si per vim vel alio mod.

3 Limitatur secundo † in iudicio recuperandæ possessionis quo casu potest. l. final. vbi not. C. qui legitim. person.

4 Declaratur tertio † nisi de conductione appareat publicum instrumentum. cum clausulis solitis, & maximè cum clausula constitutionis procuratoris, & ponens eundem in locum, & priuilegium suum, vel quod possit vti tanquam sua prout practici notarij apponunt. Bart. in l. procurator cum libera. ff. procurat. in l. creditor. §. Lucius. ff. mand. & Ias. post alios in d. §. si ego. vnde sis cautus vt de conductione appareat instrumentum, quia temporibus nostris quibus refrixit omnino fides & charitas inter homines, nec erubescimus pacta, & faciem propriam mutare sine aliqua rubedine vtilia sunt. & interroga notarios

5 Declaratur quarto † in conductoribus à publico vel camera. glo. in l. 1. in glos. 2. de loco public. fruend. Bart. in l. vectigalia. §. non solum de publican.

6 Declaratur quinto † vt non procedat in conductore ad longum tempus qui habet ius in re, vt supra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Colonus non tenetur si dimisit bouem vel equum in pascuis per loca solita & consueta, & postea lupis interficiantur, vel alio casu pereant.*

Boue in pascuis dimisso.

1 QVAERO † de alia quotidiana materia. colonus meus dimisit bouem in pascuis, qui fuit à lupis interfectus, tenebitur ne? Vtique non si erat in loco solito, aliàs sic. Bald. post Cin. in l. 3. in fine. C de Episcopal. audient. specul. in titul. de locat. §. postquam. vers. quid si locaui. idem dicere poteris de conductore equi vt ibi pereum.

SVMMARIVM.

1 *Colono licet retinere bouem, vel aliud animal repertum, damnum dare donec cognoscatur cuius sit animal, & non vltra.*

Retentione pro noxa ad l. Aquiliam.

QVAERO colonus reperit boues vicini damnum dantes in bonis sui laboritij, & con-
1 ductionis, licebit ne retinere † donec cócordetur de suo damno, & interesse. Vtique solum licebit retinere donec cognoscatur cuius sit animal, & non vltra. Bal. in l. 2. C de ser. fugit. per l. capite quinto. ff. de adul. Specul in tit. de act. vers. si pone inuenio pecudem. Ioa. And. in cap. si læserit, de iniu. Flor. in l. quintus. ff. ad l. aquiliam. Angel. in l. ratis. ff. de incen. rui. & naufrag. & hęc est magis *communis opinio, vt testatur Alex. in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damn. infect.

SVMMARIVM.

1 *Conductor equi non tenetur si vecturinus aufugiat cum eo.*

2 *Conductor tenetur de custodia de vecturino fugiente cum equo.*

3 *Conductor equi non tenetur de custodia si vecturinus fuit trasmissus vt custodiat.*

Vecturino fugitiuo.

PONO vnum sæpius occurrens hospes locauit equum ad vecturam,& dedit mihi cũ equo etiam famulum, qui au
1 fugit vnà cum equo, † nunquid conductor tenebitur? Vtique non, sed bene tenetur de custodia. Bar. in l. 1. §. quẽ
2 admodum. ff. de † liber. agnosc. in l. si vt certo. §. si de me. in fine. ff. cõmod. Bal. in l. ædem. C. locat. Imol. in l. qui Romæ. §. Callimacus. vbi Angel. ff. de verb oblig. Imo. in ca. vnic. de cõmod
3 & si fuit † trasmissus, vt custodiat, nec de custodia tenetur. Capr. regu. 78. nu. 62. Paris. consi. 156. nu. 25. & 26. lib. 4. Bonacoss. de famul. q. 87.

SVMMARIVM.

1 *In materia stipulationis damni infecti habetur ratio locationis, & conductionis domus, puta quod domus est destructa, & propter illud vitium amplius locari non potest, quanti consueuit.*

Damno infecto.

QVAERO an in materia stipulationis de damno infecto sit habenda ratio locationis,& conductio
1 nis domus? Vtique † sic. l. in hanc. ff. de dam. infect. vbi Bart. in practica dat modum articulandi, videlicet quod domus est destructa & propter illud vitiũ domus non põt tanti locari, quanti consueuit, cũ tanto locari consueuerit

SVMMARIVM.

1 *Remedium. l. si coloni. §. de agricil. & censit. non competit colono vel conductori, vbi de communi.*

2 *Remedium. l. si coloni. §. de agricolo. & censit. competit soli possessori.*

3 *Colonus vel conductor non possident.*

Agricolis.& censitis.

1 QVAERO † an remedium. l. si coloni. C. de agricol. & censit. competat conductori vel colono, & vtique
2 non cum soli possessori † competat
3 prout nõ est conductor, vel † colonus, ita tenet glos. in d. l. si coloni, in l. si de fundo. C. locat. vbi etiam Angel. not. & hæc est communis * opinio, vt testatur Ripa in cap. sæpe, nu. 35. de restit. spoliat. I. cob. Menoch. in. 9. remed. recup. possess. nu. 25.

SVMMARIVM.

1 *Colono etiam ad modicum tempus competit remedium cano. reintegranda.*

2 *Remedium can. reintegranda, competit depositario, precario tenenti, & similibus.*

3 *Depositarius, & similes nudam habent detentationem.*

Remedio canonis reintegranda.

1 QVAERO † an conductori spoliato competat remedium canon. reintegranda. Vtique sic per verbum eiectis positum in textu, quod adaptatur ad conductorem, Specu. in titul. de possess.

posses. & petit. §. . versi. sed nunquid de positiones Doct. in l. rem quæ nobis, vbi Socin. nu. 6 Ripa nu. 21. dicit hanc esse communem * opinionem. Contard. ad l. vnic. C. si de moment. possess. limitat. 21. nu. 2.

Declara in conductore ad longum tempus, cui tanquam naturaliter possidenti hoc remedium adaptari potest Fulgos. consil. 2 col. 1. Ias. in l. nihil commune. nu. 5. ff. de acquir possess. Ruin. consi 5 2. nu 4. vol. 4. Ant. Gab. de restitut. spoliat. conclus. 5. nu. 22. & 23. contrarium tenet Natt. in terminis cons. 101. nu. 3. vol. 1. & certè verbum eiectis in textu appositum indefi-

2 nitè † loquitur, & si competit precario tenētibus depositarijs, & similibus qui

3 nudam habent † detentationem cur non colono, & cōductori etiam ad modicum tempus. facit quod notat Abb. in cap. contingit colnm. final. de dol. & contumac.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non dum separati à solo, domini sunt, non coloni, & sunt pars fundi.*

2 *Fructus separati per colonū sūt coloni.*

3 *Fructus separati per furem non sunt furis sed domini.*

4 *Condictio furtiua competit domino.*

5 *Condictio furtiua directa competit domino pro fructibus ablatis nondum à solo separatis.*

6 *Conductor agit contra dominum, vt agat condictione furtiua contra furem vel cedat.*

7 *Condictio furtiua vtilis competit colono etiam ante cessionem.*

8 *Actio furti competit etiam colono, nō dum domino.*

9 *Actio furti competit ei cuius interest.*

Condictione furtiua.

QVAERO an colono competat condictio furtiua, vel actio furti? & sic cuius sint fructus domini vel coloni, loquendo tam de colono partiario, quam de eo qui nummis colit.

1 Et considerandum est † quod antequam fructus à solo separentur, sunt domini, cum sint pars fundi. l. fructus. ff. de rei vendicat. l. final. §. penult. ff. quæ in fraud. credit. l. vsufructuarius messem. ff. quemadm. vsufruct. amitt.

Postquam verò sunt à solo separati

2 aut per colonum, vel alium † nomine ipsius, & sunt ipsius, aut per alium nō tamen nomine coloni vt per furem,

3 & tunc nō sunt coloni, † nec furis, quia accipit mala fide, vnde sunt domini.

4 Vnde sequitur † quod cum condictio furtiua competat domino. l. 1. ff. de condict. furti. colono non competit pro fructibus ablatis nondum à solo separatis, † sed colonus agere potest contra dominum actione ex con-

5

6 ducto † vt agat contra furem, & dominus liberatur cedendo actionem, po-

7 test tamen † agere vtili condictione furtiua colonus etiam ante cessionē. cum fur appareat factus locupletior. ita contra Bart. in l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cer. pet. tenet Castren. in l. cum in plures. §. messem. ff. locat. dicens esse casum quotidianum, & practicabilem, vt vere est, actio † tamen

8 furti cōpetit colono etiā, non domino cum competat solum ei cuius interest.

9 l. si is cuius. ff. de furt. latè † Bart. in l. si apes. §. 1. in l. si seruus. §. locaui. ff. de furt. in l. ex diuerso, col. 2 ff. de rei vendic.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locator totius domus ad nihilum tenetur si frangitur camera vel horreum vbi erat reconditum magazinum.*

2 *Locantes apotechas subtus domum ad nihilum tenentur.*

3 *Fallit nisi retinuisset claues quia tunc de custodia, & leui culpa tenetur.*

4 *Locans horrea domus existentia sub vna clausura, tenetur de fractura si claues tradidit, si vero non sunt sub vna clausura, tenetur de custodia.*

Magazinis.

PONAM casum satis temporibus istis quotidianum, qui bus ciues in coloratam suæ Patriæ vtilitatem faciũt Magazinos Tudertini appellant,& conducunt cameras,& horrea ab illis, qui habent domos commodas & amplas, quæ quandoque franguntur,& fortasse ad exauditas preces pauperum,& vt conductores carius vendentes, exonerent, si hoc sufficit, eorum conscientiam, numquid locator ad aliquid teneatur. Distinguendum est cum communi sententia: si quidem locauit to-
1 tam domum, † & ad nihil tenetur, si ni-
2 hil aliud sit dictum. † Vnde locantes apotecas subtus domum non tenentur ad aliquid, nisi retinuisset claues quia tenetur de custodia, & leui culpa, si vero non locauit in totam, sed
3 horrea quædam, tunc aut † sunt sub vna clausura principalis domus, & tradidit claues, nihilominus tenetur de fractura, vel furto sine fractura, aut
4 non sunt sed tradidit claues, † videtur teneri de custodia, ita tradit gloss. Barto. Castr.& alij in l. dominus. in l. cum plures. §. locator horrei. ff. locat. Bald.& Angel. in l. 1.& in l. 1. ex diui. C. locat.& add. ad quæstionem, de dolo,& culpa supra positam.

SVMMARIVM.

1 *Conductori impedito vti re conducta facta locatoris iusto sit remissio mercedis pro rata.*

2 *Conductori impedito vti re conducta facto locatoris iniusto datur repetitio ad pensiones solutas, & tenetur locator ad totale interesse, & aliam domum conducere.*

3 *Conductori impedito facto tertij iusto tenetur locator ad totale interesse, si potuit prouidere, & non prouidit.*

4 *Declara duobus modis.*

5 *Conductor impeditus debet protestari, aliàs sibi præiudicat.*

6 *Conductori impedito facto tertij iusto fit remissio mercedis pro rata, si locator non potuit prouidere.*

7 *Conductori impedito facto tertij iniusto tenetur locator ad totale interesse, si potuit prouidere.*

8 *Conductori impedito facto locatoris fit remissio pro rata si vero impediatur facto proprio, tenetur ad totale interesse.*

9 *Locator tenetur ad totale interesse si operæ non præstentur facto ipsius.*

10 *Locatori fit remissio mercedis si casu operæ non præstentur.*

11 *Conductori debetur tota pensio, si operæ non præstentur facto ipsius, vel casu prouenientem in personam ipsius, l mita vt ibi.*

12 *Mulio conductus ad transportandum mustum, si accessit, & non stetit per ipsum, si postea relocat alteri an possit*

sit opponi compensatio.
13 *Operariis, qui non laborauerunt tota die propter pluuias, vel casum similem sit solutio pro rata diei.*
14 *Locatori debentur expensę perinde ac si realiter, & cum effectu actam consumasset.*

Si non stat per locat. vel conductorem.

QVAERO quia hodie in hoc dulci tempore vindemiarũ euenit casus, quod conduxi operarium cũ multis ad trasportandum mustum ad domum, qui accessit ad locum, nec asportauit, vult mercedem, quia non stetit per eum ob id per modum correlar j, & Epilogi ponam ad vtilitatem materiã istam ad. l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat.

Prima sit conclusio, quando conductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris iusto proueniente ex facto conductoris, puta non soluentis mercedem, tunc vide. supra titul. de recusat.

Secunda sit conclusio, quando conductor impeditur vti re conducta facto locatoris iusto non † proueniente 1 facto conductoris sit remissio mercedis pro rata, vt in eodem sensu titu. de Recusationibus.

Tertia sit conclusio, quando conductor impeditur vti re conducta ex facto locatoris iniusto tenetur locator ad totale interesse. l. ex conducto. in princip. l. si fundus. l. & hæc distinctio. ff. loca. Ruin. cõsi. 15 . nu. 3. vol. 1. Bal. consi. 325. vol. 3. tenens quod possit et repetere pensiones præteritas solutas, & aliam domum conducere. Roland. late cons. 9. nu 22. vol. 4.

3 † Quarta sit conclusio, quando conductor impeditur facto tertij iusto, cui locator potuit prouidere, & non prouidit, tenetur ad totale interesse. l. si merces, & l. si quis domum §. fin ff. loca.

4 † Limita nisi impedimentum sit modicum. l. habitatores, in prin. ff. locat. l. in l. . colonus. vbi textus apertus. ff. eodem.

Limita secundo, quando tale impedimentum sit magnum, & conductor perseueret, nec protestetur, per l. quod si domus in prin. ff. locat. l. item quęritur. §. exercitum. ff. eod. Bero. cons. 140. nu. 8 & 1 4. nu. 15. vol. 1 Bursat. cons. 93. nu. 27. vol. 2 protestãdum igitur est impedimẽto proueniente, & ita boni practici vtuntur. Decis. Perus. 5 50. num. 10. part. . . & e contra † locator, cui fit protestatio, ne preiudicet respondeat. Portius. cons. 1. nu. 29. & debet in specie articulari. & deduci, quod locator potuisset amouere impedimentum si voluisset vt practicare docet Natt. cons. 449. de damno dato a militibus quibus locator imperare poterat.

6 † Quinta sit conclusio, quando conductor impeditur facto tertij iusto cui non potuit prouidere, & sit remissio mercedis pro rata. l. si fundus. l. si quis domum. ff. locat Rom. cõs. 17 . Natt. cons 6 0. nu. 8. vol. 3. reputat notabile Bal. in l vnic. in 7. oppos. C. de sentent. quæ pro eo. Ias. cons. 109. libro 1.

7 Sexta † sit conclusio, quando cõductor impeditur facto tertij iniusto, cui potuit prouidere, sed non prouidit, & te-

tenetur ad totale interesse aliàs fit remissio mercedis pro rata,l.itē q̄ritur.§.exercitu.l.si merces.§.culpæ.ff locat. diximus supra de rerum diuis.Bero.cons.1 o.Rol.consi.69.nu. 8.vol.4.

Septima † sit conclusio, si conductor impeditur vti re conducta. casu proueniente facto locatoris fit remissio mercedis pro rata casu proueniente ex facto conductoris tenetur ad integram mercedem.l.habitatores §.fina. l.qui insulam. . .ff.locat.l.si vehenda.ff.ad l.Rhod.de iact.dixi sup.

Et hæc in locatione rei tantum.

9 Octaua † sit conclusio in locatione operarum si non præstentur facto locatoris,tenetur ad totale interesse, si casu fit remissio mercedis l. aduocationis.C.de condict.ob caus.

10 Nona sit conclusio † quando operæ non præstantur facto conducto.is, vel casu superueniente in personam eius.

11 debetur † tota pensio.l. sed addes.§. cum quidē.l.qui operas.ff.locat.Nat. cons.462.nu.2.vol. 2 vbi limitat nisi operæ sint promissę sub conditione expressa,quia casus non excusat,sed non debentur nisi fuerint cum effectu præstitę vt per eum.vide supra.

12 Et iuxta † præmissas conclusiones patet decisio quęstionis quæ hodie in facto euenit , conduxi muli onem ad transportandum mustum a quodam loco, accessit, sed non asportauit quia non potuit redijt, & in eodem die locauit operas alteri, modo primus conuentus ad mercedem opponit quod vult cōpensare id quod lucratus est cum secundo,& soluere residuum, an debeat audiri. & videbis multos,qui eodem die seruiunt varijs, & diuersis personis, & surgunt media nocte ad magis lucrandum.

13 † Similiter videbis in facto euenire.Conduxisti operarios in vineam tuā,media die venit pluuia,& operarij applicauerūt alteri negocio,& lucrati sunt aliquid.Vtique fit solutio pro rata diei.Flor.in l.4.ff.de vsufr.gl.in l. si quis domum.§.1.ff loc.Spe.de loc,§. 5.Natta cōs.229.vol.1.Bursatt.cons. 204.nu 12.vol. 2.

14 † Sed pone hic vnum,quod in facto sæpius occurret.Non stat per locatorem quo minus impleat pro parte sua, quid in expensis,quas locator fecisset, si actum realiter consumasset? Vtique non deducentur,ita in vna Romana tenuit Cassad.decis.prima de locat.in eo qui locauerat ad conducendum sal ad. certum locum in quadam burchia,seu nauigio nec steterat per locatorem.

SVMMARIVM.

1 *Conductor potest expelli tribus casibus principaliter.puta*

2 *Refectionis,vsu proprio,vel conductor male versetur.*

3 *Necessitas ad expellendum conductorem debet superuenisse post locationem.*

4 *Necessitas ad expellendum conductorem debet esse inopinata vt tempore contractus prçuideri non potuerit.*

5 *Conductor habens instrumentum in quo locator promisit eum non expellere an poterit expelli pro vsu proprio.*

6 *Condutor habens obligatam rem locatam an poterit expelli pro vsu proprio.*

7 *Locator non potest expellere conductorem pro vsu proprio,si recepit partem pensionis.*

8 *Con-*

8 *Conductor debet expelli ex causa vera non ficta*
9 *Locator relocando alteri tenetur ad interesse.*
10 *Conductor ex causa necessitatis potest à conductione recedere.*
11 *Conductor resarcita domo potest petere reintegrationem ad rem conductam.*
12 *Scriptor, qui locauit operas effectus rector studij liberatur à scribendo, & eo finito potest cogi ad scribendum.*
13 *Dominus prohibitus à conductore reficere potest agere interdicto vti possidetis.*
14 *Conductor potest expelli pro refectione necessaria non vtili.*
15 *Colonus incidens arbores fructiferas potest expelli, vbi de communi.*
16 *Quid si fecerit melioramenta, an compensentur, vbi de communi.*
17 *Quid si deterioratio sit facta in vna ex rebus conductis.*
18 *Conductor propter deteriorationem ad hoc vt possit expelli, quæ principaliter requirantur.*
19 *Quid si adsit iuramentum.*
20 *Quid si deterioratio sit parua an possit agi ad interesse.*
21 *Locator non probat deteriorationem domus ex confessione primi conductoris contra secundum.*
22 *Conductor quando possit expelli propter pensionẽ in tẽpore non solutã.*
23 *Colonus expulsus fructibus maturis debet habere pretium operarum.*
24 *Colono datur retentio pro melioramentis.*
25 *Colonus deficiens in particula tantum pensionis expelli poterit.*
26 *Colonus expulsus sua culpa tenetur ad integram pensionem.*
27 *Locator promittens non expellere cõductorẽ intelligitur si pensionẽ soluat.*
28 *Dispositio l. æd. m. non habet locum in eo, qui soluit pensionem anticipatam omnium annorum.*
29 *Conductor ob pensionem non solutam non dicitur priuatus ipso iure, sed requiritur declaratoria.*
30 *Dispositio l. ædem, procedit in cõducto re sublocante, qui soluit, sed primus conductor nõ soluit primo locatori.*
31 *Dispositio l. ædem, an procedat in locatione vectigalium, tributorum, & lacus Perusini.*
32 *Conductor tenetur probare soluisse pensionem in tempore, vbi de communi.*
33 *Locator promittens non molestare conductorem poterit expellere pro vsu proprio, & ex causa.*

Recusationibus.

1 QVAERO † principaliter an locator pendente locatione & conductione possit expellere conductorem? & vtique non nisi in tribus casibus principaliter. Refectionis rei lo-
2 catæ pro vsu proprio locantis, † vel quod conductor sit malè versatus in re locata. l. ædem, cũ materia. C. loca.

Et notandum est in foro iudiciali, & actu practico, quod quando locator agit contra conductorem ad expellendũ ratione propriæ necessitatis, quod conductor potest se tueri pluribus exceptionibus.

3 † Prima, quia necessitas allegata debet superuenisse post locationem factam, & legitimè probari, quia si imminerct tempore locationis, non esset operabilis, vt not. Angel. in d. l. ædem, dicens ex hoc quod Pontifex venit

venit Tudertum, vel in Platea Tudertinæ fiunt in carnis priuio spectacula vel nundinæ in festo Pentecostes, non per hoc potes, nec debes conductorem à domo, vel apotheca expellere, sequitur Papiens. in form. libell. id sic. præstat. in glos. inuestiuit nu. 7. sequitur pulchre Natt. cons. 416.
4 vol. 2. dicens quod debet † esse necessitas inopinata, quæ tempore contractus non potuit præuideri ponens exemplum in bello superueniente, & ibi etiã tenet contra hanc secundam exceptionem quando promisit etiam cum iuramento non expellere, qui propter vsus proprios expellere poterit his non obstantibus, cum talia regulentur secundum naturam actus, quę est vt pro vsu proprio expellere possit d. l. ędem. secunda fit exceptio, quia si conductor habet instrumentum, in quo locator promisit non expellere, quia vt verba illa aliquid operentur etiam pro vsu
5 proprio expellere † non poterit. Dec. in cap. quæ in ecclesiarum. col. final. de constit. in cap. pastoral s. nu. 5. de appellat. Corne. cons. 103 col. fin. vol. 2. Grat. consi. . . col. . . vol. 1. Felin. cons. 43. nu. 3. Grat. consi 59. num. 9. vol. 2. Natt. consil. 4. . vol. 3. nu. 9. sed vide supra versi. præcedenti.

Tertio loco in actu practico inspiciat conductor verba instrumenti, si locator pro obseruantia contentorum in instrumẽto obligauit in specie, & in indiuiduo rem locatam, quo casu non est modo aliquo locus dispositioni. l. ędem. vt docet Cuman. ad l. si filia. §. si vir ff. solut matrimo. vbi Alex nu. 4.
6 summopere in practica † commendat dicens esse in practica quotidianum, nec alibi legisse contrarium, & melius tenet Natt. consi. 5. vol. 1. ea ratione quia talis hipotheca specialis operatur quoad singularem successorem, & conductor stare teneatur, vt videbimus in titulo de singul. success. non quod locator pro sua indigentia non possit expellere conductorem quia facit l. permittente, vnde ad nihil tenetur, & dicit ibi Natt. quod Alexand. truncate loquitur, nec ex eius verbis potest percipi verus sensus.

7 † Quarto loco considerabis ad defensas conductoris, si locator post allegatam supervenientem necessitatem receperit partem aliquam pensionis, quo casu præiudicasse censetur, nec erit locus dispositioni d. l. ędem. vbi Bal. hoc declarat, & summopere commendat, sequitur Anto. Gabr. lib. 3. de locat. conclusio. 3. num. 6. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratr. par. 8. quæst. 4. ponens exemplum quia pater locator, vel eius filius vxorem duxit ex post facto, vel ibi vult facere artem lanæ, vel aliam honestam, nec obstat si dicatur quod potuit ista inspicere, quia inquit ipse non tenetur omnia considerare, sed propinqua, ea enim quæ sunt satis remota pendent ab esse, & non esse secundum Philosophum, & licet domus sit ampla, in qua possint habitare plures familiæ, tamen nõ cogitur stare in communi habitatione l. sed si disceptetur. §. . . ff vbi pupill. educar. debeat.

8 † Quinto loco considerabis quod causa sit vera non ficta ac iusta, vnde
9 si statim relocaret † alteri teneretur ad interesse, aliàs ad nihilum tenetur nisi ad remissionem mercedis pro rata. Natt. consil. 5. volum. 1. Non omittam tamẽ quod Didac. more suo subtiliter, & ingeniose procedendo. lib. 2. variarum resolut. capi. 15. sub num. 4.

num.4. tenet quod etiamsi locator in instrumento promiserit côductorem, non expellere, adhuc ex causa necessitatis, & proprij vsus conductorem expelli posse, quia hoc tacite inerat, ergo expressum nihil operabitur, & quã maxime quia vt plurimum cessaret dispositio. l. ædem. quæ æquissima est. Nec admittit Angeli opinionem in alio casu quando adest specialis hipotheca rei locatæ, cum hæc veniat a natura contractus ex se, vnde præiudicare non debet.

10 Quid † è contra in côductore puta si necesse sit ex aliqua vrgenti causa recedere? Vtique idem quod in locatore. Cuma. in l. si in lege. §. si domus. ff. locat. commendat Marsil. singul. 615. necessitas. Angel. in verbo locatio. num. 14. Boer. decis. 2.9. nume. 9. part. 2.

11 Secundus est casus † necessitas reficiendi domum, vel rem locatam vt ponitur in d. l. ædem. & in cap. propter sterilitatem de locat.

Quid postquam res locata refarcita sit, poterit ne conductor petere se reponi in re locata vsque ad finem côductionis? Vtique sic. glos. singularis ab omnibus cômendata in l. si duo §. cum inquilinus, in verb. domum. ff. vti possidet vbi Bart. eam in practica summo pere cômendat. reputat notabilem. Roma. singul. 235 tu habes legista, Cremens. singul. 72. tu scis, Marsil. in rub. de fideiuss. num. 223. inferens in mate

12 ria † locationis quod scriptor qui locauit operas suas ad scribendum, si efficiatur Rector studij liberatur a scribendo, tamen finito officio poterit cogi ad scribendum. idem Marsil. in l. etiam si redhibiturus, in fine. ff. de quæstioni. in l. vnic. col. 6. C. de rapt. virgi. Tiraquell. de caus. cessant. part. 1. nu. 16. Alciat. lib. 6. parergon. cap. 10. Tiraquell. de caus. cessant par. 1. nu. 100. Iacob. Nouel. reg. 181. notandum est

13 etiam quod si † dominus prohibeatur a conductore reficere poterit agere interdicto vti possidetis contra ipsum. Iacob. Meno. de retin. possess. remed. 3. q. 29. num. 237. Declara in refectio

14 ne † necessaria non vtili Benincas. de act. §. actionum. nu. 58. cômendat Hipolit. in l. etiam. num. 16. ff. de quæstioni.

15 † Tertius est casus, quando inquilinus male vtitur re locata. vnde colonus incidens arbores fructiferas in suo laboritio potest priuari iure suo. text. in l. in fraudem. §. conductor. ff. de iur. fisc. vbi per illum textum ita determinat. Dyn. & Bart. in l. diuortio. §. si fundus. vbi omnes notant. ff. solut matrim. Alber. in l. 1. col. final. C. de iur. emphit & hæc est communis opinio. Alex. in d. §. si fundum col. 1. vbi Ias. num. 2. & dicit Angel. in l. si colonus. ff. arb. furt. cæsarum. quod ab hac opinione nullus vnquam discrepauit Pie. in l. Titia. §. Titia. num. 96. ff. de lega. 2. maxime in conductore ecclesiæ, qui de iure tenetur rem meliorem reddere. Rui. cons. 88. vol. 1.

16 Quiæ † conclusio ampliatur vt sit adeo vera, vt melioraméta facta per colonum non compensentur cum deterioratione, vt euitetur caducitas, & priuatio, & est *communis opinio attesta ta per Pich. vbi supra nume. 115. in fine.

17 Est etiam adeo vera vt † procedat etiam si deterioratio sit facta in vna tãtum re ex rebus conductis. Bal. in hac l. ædem. col. penult late Barbat. cons. 36. in 2. dubio. sed circa hunc articulũ.

vol. 2.

vol. 1. Alber. Brun. de augment. monet. conclus. 22. Roland. consf. 49. nu. 15 vol. 2. & consf. 40. nu. 7. vol. 4. Meno. consf. 78.

18 † Vera tamen est, & procedit tribus principaliter concurrentibus. Primo quod deterioratio sit commissa dolo coloni, seu conductoris, vel culpa lata, vel leui, non autem leuissima. secundo quod deterioratio sit in proprietate, nõ autem in fructibus. Tertio, quod deterioratio sit in notabili quantitate quę iudicatur arbitrio iudicis. Ias. consf. 117 vol. 1. dicens hanc esse* communem opinionem, Borgni. de vsufr. mulier. num. 11. Redo. de rebus eccles. cart. 51. Iacob. Meno. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. prima, caus. 78. decis. Perus. 22. part. 1. vbi late.

19 Vidi † tamen limitari pluries in facto hãc declarationem, quando adest instrumentum iuratum, in quo colonus promisit nullam arborem incidere, vel stamare sine licentia locatoris cum iuramẽtum obliget precise. Rui. consf. 88 vol. 1. vbi etiam tenet absolute in hoc casu teneri ad interesse nulla distinctione facta & expelli posse propria authoritate, imo. nec arbores mortuas vel desiccatas incidere potest isto casu, Rui. consf. 58. vol. 1.

20 † Similiter quando deterioratio non esset in notabili quãtitate, sed parua licet non possit expelli, potest agi ad interesse ob non culturam in colono modici temporis Ruin. consi. 58. lib. 1. vbi subdit quod colonus tenetur probare bene coluisse. Decis. Peru. 22. in fine part. 1. exemplificans modicam deteriorationem si per vnam vicem nõ ligonizauit, vel non arauit pro viribus fundum, vel fossata nõ mundauit, quod interesse probatur iuramento, vt dicemus suo loco de in litem iuran. sed si vineam per multos annos non coluit hoc respicit perpetuam deteriorationem. & sic colonus expelli poterit. vt ibi per eum.

Quid si deterioratio sit in vna ex rebus cõductis, poterit ne expelli ab omnibus. Vtique sic, & procedit dispositio l. ędem. Alexan. consi. 118. col. 1. lib. 5. Sicul. consi. 36. in secundo dubio lib. 2. Ias. in l. si quis ita §. ea lege. col. fin. ff. de verbo. obliga. Natt. consi. 451. num. 21. vol. 3. notandum tamen

21 est quod locator, † deteriorationem domus aduersus secundum conductorem non probat ex confessione primi. Fel. consi. 22. nu. 4 Cephal. consf. 101. nu. 29. lib. 1.

22 † Adde quartum casum, quando pẽsio non est soluta in tempore debito. cap. propter sterilitatem, vbi concludit Abb. Sicul. aut locatio fuit facta ad longum tempus vel ad modicum, primo casu, aut fuit constituta vnica pensio pro toto tempore, & potest expelli si non soluit in tempore conuento, quasi non seruet legem contractus, ideo nec ei seruanda est. cap. peruenit, de iureiuran. l cum proponas. C. de pact. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. aut pensio fuit constituta singulis annis. & tunc potest expelli, si non soluat per biennium, quod procedit etiam stante pacto quod non possit expelli durante tempore conductionis. quia habet tacitam conditionem l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. Si vero locatio est facta ad modicum tẽpus non est necesse expectare biennium, sed si non soluit pensionem tempore debito, potest expelli etiam propria domini authoritate, vt per eum, argum. l. ędem. sępius allegatę sequitur Pet. de vbal. in tract.

de

de duobus fratr.par.§.q.34.in fin.im plorando officium iudicis summarie ad expulsionem faciendam. Bar.in l.creditor sub nu.26.C.de pigno.narrando ei factum petēdo si ei familiam cōcedi,& associari.pulchre docet Bursat.consi. 3.in fi.vol.1.

Quod limita nisi semel actum esset via iudiciaria,vt per Adden.ad Bar. in l.ædem.C.locat.

Colonus autem qui propter non solutam pensionem expellitur fructi-
23 bus maturis,debet † rehabere preciū operarum.vt not.Bald.in hac l.ædem.
24 num.7.& pro † melioramentis factis bona retinere potest. Iacob.Menoch. de recuperan.possessio. remed.11.nu me.20.

25 † Quid si colonus , seu conductor soluerit pensionem,sed non integram putà defecit particula , puta nummus vtique expelli potest ,& procedit dispositio.l.ædem.Ias.post Castr. & alios in auten .qui rem.C.de sacros.eccles. Bal.consi.290.vulgare est.lib.2. licet contrarium tenuerit in allegata.l. ædē. Alex.cōs.105.col.6.versi.& post prædicta.lib.3. Barbat.dicens hoc perpetuo notādum in l 4.§. Cato.col.22. de verb.oblig Tiraquell.de retra.conuen.§.4.glo.6.nume.26.cum sequen. vbi limitat in omittente scienter,secus si per errorem,puta calculi,& similis.

26 † Et colonus , seu conductor licet expulsus tenetur ad pensionem l.colonus in princip. & ibi Barto.ff.locat. quod dicit verum etiam ad integram , & pro toto tempore, quia culpa sua expellitur.sequitur Folle.in prac. cen sua.in verbo quę quidem executio.nu me.8.

27 † Et locator, qui promisit conductorem non expellere in tempore conuento intelligitur si pensionem soluerit. Alcia.in tract. de verbo.sign.lib.1. num 2 .

28 † Sed quid si aliquis conduxit domum ,puta pro decem annis , & soluit pensionem omnium annorum anticipatam , numquid habebit locum dispositio.l.ædem? Vtique non quia imputet sibi locator recipiendo integram pensionem vnico contextu . Papiens. ita limitans. in forma libell.ad fi. præsta. in verbo inuestiuit. nume.9.

29 † Sed quid si conductor non soluit pensionem , an ipso iure dicatur priuatus , vel requiratur declaratoria? Vtique ęquius est vt appareat declaratoria, Speculato.in titu.de locat. ver sicu.47.

30 † Quid si primus conductor sublocauit alteri qui soluit primo conductori suam pensionem sed primus conductor non solui primo locatori, poteritne præiudicari secundo conductori vt possit expelli & procedat dispositio l.ædem. Bald. in d.l. ædem. tenet quod non. & Bartolus in l. 1. §. necessario. ff. si mulier. ventris nomin.contrarium videtur verius. vt per Baldum in l.certa. C vt in posses. legat.cum non possit præiudicari primo locatori.

31 † Quid in locatione vectigalium,tributorum,lacus Perusini,& similium, procedet nec in ea dispositio.l.ædem. si pensio in tempore non soluatur.Barto.videtur tenere quod sic. in l.vectigalis.§.non solutis.ff.de public.& vectiga.in l.fundum.C.de iur. Reipub lib. 11.in l.quod semel. de decre. ab ord. faciend.

Et vlterius in hac causa in practica notandum est, quod si exoriatur con-

tentio inter locatorem, & conductorem, cum conductor asserat soluisse pensionem & locator neget, ad quem spectat onus probandi. Vtique ad
32 conductorem solu. sic. † & hæc est
* communis opinio, de qua attestatur Gigas. c. 76. in fine. . . . consi. 91. nu. 5. lib. 2.
33 † Quid si locator in instrumento promisit molestiam aliquam non inferre, procedet ne dispositio. l. eadem. Vtique sic, qu a nō dicitur molestiam inferre vtendo iure contractus. Natta consi 25. vol. . .

SVMMARIVM.

1 *Conducentes hospitia doctorum vel scolarium in eorum praeiudiciū excommunicantur.*
2 *Nunquid extendatur ad locatores.*
3 *Nunquid sit expectandum tempus finitum.*
4 *Dispositio cap. 1. locat. an sit localis.*

Sententia excommunicationis.

CASVS est in ca. j. ex. loca. quod conducentes hospitia doctorum legentium vel scolarium in eorum praeiudicium sunt excommunicati.
1 † Quæ constitutio non vendicat sibi locum in locatore qui tractat de dāno vitando vt per glos. ibi. quæ opinio verior est, nisi per participationem cum cōductore excommunicato Ang. in verbo excommunicatio. 2. cas. 4.
3 † Sed numquid sit expectandum finitum tempus locationis? Vtique tutius est, vt per Panor. ibi cuius intellectus multum conuenit literæ.
4 † Et dicta constitutio generalis est ad omnia studia status ecclesiæ secundum Host. ibi vt glos. in l. ne cui. ff. loca. Angelic. vt sup. Horat. Lut. priuil. 42.

SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis de re extimata cum pacto quod quandocunque perdatur, vel deterioretur sit saluum precium locatori, contractus est illicitus.*
2 *Contractus locationis est illicitus, & vsurarius ratione mutui interpretati, quia conductor soluit pensionem ante tempus habito respectu ad tempus præsens.*
3 *Venditio facta de fundo pro certo pretio soluendo infra tot annos, & interim locetur sub certa pensione an valeat.*
4 *Locans fundum ad laboritium & insuper dans vaccam vel bouem vt pro eo dentur annuatim tot quartinghi grani an liceat.*
5 *Locatori an liceat mutuare pecunias colono ad hoc vt intret ad laboritium.*
6 *Locatio facta post venditionem ab emptore cum modicitate pretij, & sine apprehensione possessionis cum solutione datiorum, & collectarum arguit contractum locationis vsurarium.*
7 *Locator faciendo contractum illicitum iuxta solitam excusatur.*
8 *Locatio pecuniarum retinendarum super banco ad pompam est licita*
9 *Locatio operarum super domo, vel fundo est licita.*

10 *Locator excusatur ab vsuris per eius bonam famam, consuetudinem, & obseruantiam, & incertitudinem promissionis.*
11 *Emptio fructuum ad vitam valet.*
12 *Vsura recompensatoria etiam in mutuo est licita.*
13 *Vsura non est vbi non constat de praua intentione contrahentium.*
14 *Conductio facta cum pacto vt locator tradat semen, boues, & similia, an liceat.*
15 *Collatica sunt licita.*
16 *Pactum locatoris vt debeatur pensio etiam post mortem animalium locatorum est illicitum.*

Vsuris.

QVAERO Nunquid contractus locationis, & conductionis possit dari vsurarius & illicitus, & vti que sic puta locat quis rem, quam ex-
1 timat † cum pacto quod qualitercunque perdatur vel deterioretur, vult precium rei suæ recuperare cum aliquo lucro. Vtique vsura est, Bart. in l. si vt certo §. nunc videndum, in fine. ff. commod. in l. 1. §. in hac actione ff. eod. titul. Angel. in verbo vsura. 1. num. 73.
2 † Ex parte Conductoris puta quando ratione mutui interpretati qui ante tempus soluit pensionem, solum habito respectu ad præuentionem temporis, minuit de pensione debita, Angelic. in uerbo locatio. numer. 2.
3 Pone hic vnum satis notabile † vendidi tibi fundum pro certo pretio sub uendo infra tot annos, & interim loco sub certa pensione, licebit ne? Vtique sic. text. in l. sicut. § final. ff. locat. vbi Castrē. notat quod istę vsurę sunt licitæ quia sub intrant loco vsurarum propter morā precij non soluti iuxta l. curabit. C. de act. empt. nec pensio computatur in precium, vt ibi Castrens. not. contra Bart. & clarius declarat intellectum huius l. Alex. cons. 12. vol. 5. vbi dicit pendente termino conductionis constitutum nihil operari. & not. ad d. l. intellectum. Rui. cons. 73. vol. 1.
4 † Pone quod locaui tibi fundum meum ad laboritium, & insuper dedi vaccam, vel bouem, & pro eo des annuatim tot quartingos grani, erit ne vsurarius, vtique non si periculum est locatoris, aliàs sic. Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratribus. part. 4. nume. 5.
5 † Quid si locator mutuat pecunias colono ad hoc vt intret in eius laboritium, Vide Cald. in cap. fina. de vsur. Petr. de Vbal. in tract. de duobus frat. part. 5. q. 4
6 † Pone exemplum in contractu vsurario quando fit venditio, post locatio ab emptore, & venditio appareat facta cum modicitate pretij, & emptor non curauerit accipere possessionem rei emptę sed semper remanserit penes venditorem qui semper soluit datia, & collectas, vt late a Paris. cons. 55. per totum vol. per quod posset inferri limitatio ad doctrinam Castrens. supra allegatam, vt non procedat stantibus prædictis, & alijs oneribus appositis de quibus per Par. in allegato consil.
7 Excusatur tamen locator, † si faceret contractum forte suspectum iuxta

solitum. Cepol. cons. 13. num. 6. Tiraquel. de retract. ad fin. titul. nu. 130. Crauett. cons. 6. nu. 123. Grat. cons. 49. nu. 12. vol. 2. Bursat. cõs. 204. nu. 25. vol. 2.

8 Pone quod quis locauit † pecuniã retinendam ad pompam super banco non vt illam, expendat iste quidem licite aliquod lucrum percipiet, cum vsus rei sit a dominio separatus. Alpho. Aluarez. in specul. sum. pontif. cap. 67.

9 Quid in † locatione operarum super domo, fundo, vel laboritio an valeat & liceat. Bursat. cons. 204. vol. 2. dixi supra de locatione in perpetuum parte 1.

Vnde ad tollendam omnem quæ posset oriri suspitionem circa vsura-
10 riam prauitatem † in tali contractu solet articulari, bona fama locatoris & eius boni mores, item consuetudo, & obseruantia in contractibus huiusmodi peragendis. item si potest incertitudinem promissionis, quæ incertitudo multum operatur in vsurarum excusatione cap. nauiganti. de vsur. Cin. in l. si pater. C. de inoff. testament. vn
11 decemptio fructuũ ad † vitã valet, quia licet quis possit diu viuere, pōtest ēt statim mori. Dec. cons. 3. Mandos. ad Roma. cons. 423. nu. 10. potest etiam cõsiderare qualitatem vsuræ, namque
12 vsura recompensatoria etiam in † mutuo licita est. Moder. in consuetud. Paris. §. 1. nu. 2. Caball. de vsur. in prin. nu. 5. Propones etiam quod vere non
13 constat de † praua contrahentium intentione. Laur. de Rodulp. in 2. par. prin. q. 3 Bero. cõs. 168. nu. 12. vol. 1. pulcre in terminis Bursat. cons. 204. vol. 2.

Pone quod locaui tibi fundum pro mille puta hoc pacto ad tui fauorem apposito vt tradam tibi semen, boues,
14 & similia. an liceat † Vtique sic. Bursat. cons. 204. vol. 2.

Quid dicemus in Collaticis erunt ne licita, Vtique sic. Crauett. cõs. 145. vbi pulcre declarat quod non arguetur vsurarius si pensio, vel merces sit
15 excessiua ratione † laboris totius anni ipsorum bouum, ratione deteriorationis; & periculi vt ibi pulcre, & late per eum.

16 Quid † in pacto vt debeatur pensio etiam post mortem animalium. Vtique est illicitum, Specul. de locat. §. Iam nunc videndum. uers. ecce locaui. Bar. in l. in minorum C. in quibus caus. in integr. restit. Alex. in l. vinum. nu. 14. ff. si cert. pet. & hæc est * communis opinio. Cagnol. in l. 1. nu. 29. C. de sent. quæ pro eo quod inter. nu. 29. Panciról. cons. 147. nu. 6. vbi reprehendit arbitros qui cóndennauerunt ad pensionem bouis iam mortui post mortem animalis.

SVMMARIVM.

1 Conductor permanendo in re conducta finito tempore censetur renouata cõductio, & locatio.

2 Quid stante protestatione locatoris pluries facta quod non intendebat perseuerare locationem.

3 Colonus stando in locatione soluendo singulis annis mercedem præscribit & facit locationem perpetuam.

4 Relocatio intelligitur facta cum eisdẽ clausulis pignoribus, pretio, & pena.

5 Relocatio intelligitur facta etiam in locatione ad longum tempus.

6 Relocatio procedit in prædiis rusticis, non autem vrbanis.

7 Re-

7 *Relocatio non intelligitur facta quando de locatione appareat instrumentum vel alias scriptura.*
8 *Relocatio non intelligitur facta quando in prima locatione adest iuramentum.*
8 *Renouata locatione non intelliguntur renouati fideiussores.*
10 *Locatio non intelligitur renouata quando tractatur de dominio transferendo, vel magno praeiudicio.*
11 *Locatio non intelligitur renouata nisi accedente scientia vtriusque locatoris & conductoris.*
12 *Locatio non intelligitur renouata cum haerede.*
13 *Fallit si sciret.*
14 *Fallit in filio.*
15 *Locatio non intelligitur renouata quando haeres non impleuit pro parte sua.*
16 *Socius permanendo in parte socii conducta an intelligatur renouasse.*
17 *Locationis renouatio non procedit stante statuto in loco vt fiat denunciatio infra tot menses.*
18 *Pralatus recipiendo per aliquot annos pensionem non intelligitur ratificasse locationem praecessoris.*
19 *Locatio non intelligitur renouata quando est renuntiatum iuri inquilinatus.*
20 *Conductor non potest incarcerari pro tacita renouatione conductionis virtute instrumenti.*
21 *Locatio non intelligitur renouata si in instrumento conductor promisit restituere rem locatam liberam, & expeditam.*
22 *Relocatio non intelligitur facta nisi conductor steterit per multos dies arbitrio Iudicis. vbi de communi.*
23 *Conductor recedere volens debet notificare locatori praesenti sin autem amicis, & coniunctis.*
24 *Conductio non intelligitur renouata in rebus mobilibus, nisi sint solitae locari.*
25 *Locatio non intelligitur renouata in famulo, mulione, & similibus.*
26 *Locatio intelligitur renouata ad tantumdem temporis, prout erat prius, & non vltra.*
27 *Quid in locatione cum pacto de affrancando ex forma statutorum considerando plures casus.*

Renouatione locationis.

QVAERO principaliter de vtili, & quotidiana quaestione, si conductor permansit in re conducta finito tẽpore, an intelligatur renouata locatio.
1 † Et vtique sic l. item quaeritur §. qui impleto. ff. locat.

Pone quod locator pendente tempore conductionis pluries protestatus fuerit contra conductorem, quod non intendebat perseuerare in locatione & finito tempore nihil dicit,
2 an videatur † renouata locatio? & vtique sic. consuluit Alex. conf. 1. col. penul. vol. 2.

3 † Ampliatur secundo vt procedat, quod si colonus, vel inquilinus patiente domino stetit in locatione singulis annis soluendo mercedem, praescribit, & facit locationem perpetuam vt amplius expelli non possit. ita ampliat Bal. in l. male agitur. nu. 6. C. de praescript. 30. ann.

4 † Ampliatur tertio, vt relocatio intelli-

adimpleuisset pacta, & conuenticnes initas, Alex. consil. 7. vol. 5. Gozad. in repetit. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. q. 3. & consil. 9. nu. 52.

16 † Declaratur sexto loco in socio qui pro vno anno conduxisset partem socij quia licet finito anno perseueret, præsumitur potius ratione communionis, quàm renouatæ conductionis, Socin. in l. serui electione. §. Labeo. ff. de leg. 1. contrarium tenet Roi cheg. in l. 3. de duobus reis. nu. 1. 7.

17 † Declaratur septimo loco vt non procedat, si extaret statutum in loco, quod nisi fiat denunciatio infra tres menses, intelligatur facta reconductio cum eisdem pactis &c. non intelligitur de prima vice tantum. Alex. consil. 16. vol. 4 de quo dubitauit Ias. in l. di uortio. §. ob donationes. nu. 2. ff. solut. matrim. Alciat. regul. 2. præsump. 17. in fine. Cotta in memor. in verbo locaui, in fine. & infra eodem de locatione cum pacto de affitancando.

18 † Declaratur octauo in prælato qui licet aliquibus annis pensionem locationis per Præcessorem factæ recepe rit, tamen non intelligitur continuare, nec ratificare nisi pro tempore, quo pensionem soluit. Mil. in verbo Prælatus. Bursat. consil. 23. nu. 17. vol. 1.

19 Declaratur nono, vt non procedat quando à principio sit renuntiatum iuri inquilinatus. Gozad. in l. 2. nu. 168. C. de pact. int. empt. & vend. Bard. de temp. vtil. & contig. cap. 4. nu. 11.

20 † Sed nunquid poterit incarcerari conductor pro tacita reconductione virtute instrumenti locationis expirati, in quo erat obligatio personalis? Vtique non. Bal. in l. legem. C. locat. Alex. consi. 17. viso instrumento. par. 4. Anto. colum. singul. 1. nu. 9.

21 † Declaratur decimo nisi conductor in instrumento conductionis finito tempore in instrumento apposito promisisset restituere rem locatam vacuam, & expeditam, cum clausula renuncians &c. quo casu non intelligitur modo al. quo facta reconductio, ita Goza. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. nu. 205. quem subdeclarat Machel. Patrocin. 7. in fine quem videas. quia infert ad statutum Bononiense, & similia loquentia de locationibus cum denunciationibus ante tempus.

Declaratur vndecimo quando con ductor remansisset in re conducta tem pore congruo arbitrio Iudicis, secus si paucis diebus, vnde versabitur in hoc

22 iudicantis arbitrium † quia non statim quodammodo de facto euacuatur domus, prouidetur de alia ratione grani, vini, quod non sic de facili sine mutatione trasportatur. Odofr. & Bal. in d. §. qui impleto. & quam maximè sicóstaret de aliquali diligētia cōductoris.

23 † Declaratur duodecimo in rebus mobilibus, nisi sint solitæ locari, vt equo ad vecturam, & similibus. gloss. iunctis not. per Bart. in d. §. qui imple-

* to, & hæc est communis opinio, Parcirol. consi. 127. & solitum quomodo articuletur, vide in titul. de solit. p. 2.

24 † Practicando tamen illud operandum est, quod si conductor vult recedere finito tempore debet notificare locator, aliàs tenetur ad pensionem, & si locator, sit absens, coniunctis, & amicis. vnde eris bene cautus ad fauorem clientuli. Bald. in l. 1. §. final. de eo qui pro tutor. Alexand. consil. 28. vol. 4. Cephal. consil. 475. nume. 42. volum. quarto.

Sed nunquid dispositio. §. qui impleto. habebit locum in famulo, mu-

92.vol.2. Bart.in l. centesimis. ff. de verb.obligat.in l.& quia ff. de Iurisd. om. Iudic.Gemi.in cap.si delegatus. de offic.deleg. li.6.Sebastianus Med. in tract. mors omnia soluit, conclus. 16.adde in terminis Soci.Iun.cons.63. vol. 2.

4 † Declara primo hanc secundam cõclusionem vt procedat,quando simpliciter fuit appositum beneplacitum secus si alia verba vlterius sint apposita,putà cum reuocatione vel dicta tot mensium. Soc. cons. 7. vers. aliquando apponitur,vol.3.Cor.cons.92. & 235.col.3.vol.2.Iacob.de S. Geo. in l.more maiorum in prima loc.ff.de iuris.omn.Iud.

5 Declara secundo quãdo † beneplacitum refertur ad personam propriã secus si ad officium vel dignitatẽ conductoris postea a beneplacito di esfi Illustriss.conductori, verba Decij ita in terminis contractus conductoris declarantis cons. 108. sub num.5.Fel.in cap.ex literis col.3.vers.secundus casus,dc constit.

6 † Tertia fit conclusio,locatio vel cõductio ad beneplacitum ab initio est pura & perfecta non conditionalis licet postea resoluatur,ita contra Bart. tenent scribentes ad l.centesimis §.final.vbi Alex.Ias.& alij ff.de ver.obli. & hęc est verior,& magis * communis opinio cõtra Bart.teste Deci. cons. 108.nu.5.

S V M M A R I V M.

1 *Stante pacto inter locatorem,& conductorem quod si fundus non colatur, possit locari alteri cum refectione quanti minoris,si locetur plus non debetur primo conductori.*

De verbis in pacto omissis.

QVAERO,fuit factum pactum inter locatorem ,& conductorem quod si fundus non colatur , possit locari alij,& quanto minus locetur reficiat primus conductor,† quid si locauerit plus, an debeatur primo conductori. Vtique nõ, ex quo nihil est dictum.l.ea lege,& ibi not.Bal.ff locat. & in contractu locationis in pactis appositis contra quem fiat interpretatio ponit Bal.cons.160.lib.1.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio bouis facta quod conductor teneatur pascere, & custodire valet, cum conditione apposita, quod si damnũ aliquod euenerit diuino iudicio,sit commune,dummodo notificet infra tres dies, & legitime probet infra quindecim.*

2 *Conductor in casu prędicto tenetur probare quod perierit diuino iudicio, & casu fortuito.*

3 *Qui tenetur ratione officij ad aliquam custodiam, debet probare non culpam.*

4 *Conductor volens in casu prędicto probare post terminum,non auditur parte opponente.*

5 *Cautela vt conductor non audiatur post terminum in conuentione apposita, quod debeat probare damnum infra quindecim dies.*

Con-

Conuentione in tempore probanda.

QVAERO de conuentione, quæ hodie multum frequentatur, videlicet locaui tibi bouē pro certo tempore, quem promisisti bene pascere, & custodire, & gubernare tuis sumptibus, & in fine termini præsentare & si damnum aliquod euenit diuino iudicio, sit commune, dummodo conductor notificet infra tres dies, & legitimè probet infra quindecim à die occursi damni, aliàs locator ad nihilū teneatur, nunquid valeat? Vtique sic,
1 & cōductor tenetur † probare ꝑperierit bos, & quod perierit diuino iudi-
2 cio, & † casu fortuito, quia is, qui tenetur ad aliquam custodiam tenetur ra-
3 tione sui officij † probare animal perijsse absque culpa sua, & casu fortuito, vt not. gloss. in l. cum ita. §. species de leg. 2. & ibi Bal. inducit ad caprariū assignantem pelles. & debet probare infra tempora conuentionis, nec post
4 auditur † parte opponente, & contradicente, vt practicare docet Alexand. consil. 158. volu 2. & in fine admonet procuratores, vt semper contradicant,
5 & protestentur si conductor † aliquo quæsito colore examinaret post terminum conuentionis: vidi in vna Castri Asprolæ ad fauorem cuiusdam Marci de Tuderto cōtra quendam rusticum de dicto Castro, & adde ad quęstionem de casibus fortuitis, vbi latè dixi in part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. inquisitio. C. de accusationibus habet locum in contractu locationis, & conductionis.*
2 *Vendens fundum saluo iure coloni nō debet habere partem aliquam si pro prijs manibus coluit, vbi de cōmuni.*
3 *Vendens fundum salua parte coloni debet habere eius ratam, si emptor sciuit adesse colonum.*
4 *Clausula, saluo iure coloni, operatur, vt possit agi ad mercedem.*

Clausulis.

1 QVAERO ad intellectum l. Inquisitio. C. de solut. quod in generali sermone non includitur persona loquentis an procedat, & locū habeat in locatione, & cōductione puta in notabili casu, vendidi fundum saluo iure coloni, & nullus reperiatur colonus, sed dominus met coluerit, an intelliga
1 tur excepta rata domini † tanquam lo co coloni. Vtique non, si manibus pro prijs coluit, nisi tunc emptor sciuisset
2 nullum adesse † colonum. Bart. in l. si mercedem. §. 1. ff. de act. empt. melius in l. si quis legauerit. ff. de leg. 1. Felin. in cap. inter monasterium col. 2. de re
* iu dic. & hæc est communis * opinio te ste Alex. consil. 28. nu. 9. vol. 1. vnde
3 includitur persona † venditoris data scientia emptoris. Cautus igitur erit emptor in instrumento venditionis in perquirēdo ne sibi pręiudicet. Gribal. commun. opinionum, in verbo reserua tio, dicens hanc esse communē opinionem, idem testatur Butsat. consil. 71. in fine. vol. 1.
4 † Limita nisi esset dictum salua par te coloni quia tunc cum ad factum se se retulerit illam proculdubio deducet vt not. Bald. in d. l. si quis legauerit, & est de mente Bart. in d. l si mercedē in fine. Fabian. de mont. in trac. de emp. & vend.

vend. q. 18. sextæ partis principal. vbi subdit notabiliter quod operabitur clausula saluo iure, vt possit agi ad mercedem dicens hoc in practica esse valde notabile, & quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *Locatio alicui simpliciter facta pro se & successoribus intelligitur de masculis.*

Successori edicto.

1 QVAERO † est facta locatio alicui ad longum tempus simpliciter pro se, & successoribus quomodo intelligatur? Vtique de masculis tantum. Bal. in cap. 1. in fine quib. mod. feud. constit. post dicens hoc perpetuo notādum sequitur Rui. consi. 1. 0 num. 4. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones rerum locatarum sunt fructus ciuiles, vel industriales.*

2 *Possessor bonæ fidei facit suos fructus ciuiles, seu industriales.*

3 *Possessor malæ fidei tenetur ad fructus domorum tam perceptos quàm percipiendos.*

4 *Errans in iure non facit suas pensiones rerum.*

5 *Error debet probari per allegantem, & est difficilis probationis.*

6 *Errans effectus locupletior non facit suos fructus ciuiles, vt sunt pensiones rerum.*

7 *Errans errore cui ius resistit non facit suos fructus ciuiles, vt sunt pensiones rerum.*

8 *Errans qui scit propter suum demeritum esse possessione priuandum, non facit suos fructus ciuiles, vt sunt pensiones rerum.*

9 *Prælati priuati possessione propter eorum demerita tenentur ad restitutionem fructuum, præsertim pensiones rerum.*

10 *Lex quando dicatur assistere, vel resistere.*

11 *Errans non facit suos fructus, & pensiones rerum post litem contestatam, vel sententiam latam.*

12 *Contra errantem datur iuramentum in litem.*

13 *Error probatur inditiis, & circumstantiis.*

14 *Errans excusatur ex dicto legalis personæ.*

15 *Errans excusatur ex dicto personæ fide dignæ.*

16 *Errans non excusatur si conuersatus fuerit cum viris litteratis.*

17 *Fructuum appellatione veniunt pensiones etiam in statutis.*

18 *Idem in libellis.*

19 *Vsufructuaria omnium bonorum debet habere pensiones rerum, & transmittit ad hæredes, si tempus solutionis aduenerit, aliàs non.*

20 *Vsufructuario debentur redditus gabellarum locatarum.*

Fructibus.

QVAERO de pulchra, & quotidiana quæstione, an pensiones rerum locatarum dicantur fructus, & possessor an faciat suos?
1 † Respondetur quod sunt fructus, & nonnulli appellant ciuiles, vt Bar. in l. ex diuerso. .. nu. .ff. de rei vend. alii industriales, Bal. in l. vbi adhuc, col. pe. ver. in tex. Quæritur. C. de iur. dot. in l. si traditio in fine. C. de act. empt Silua. cons. 49. nu. 77. li. 1. alij ad similitudinem naturaliū, Afflict. dec. 44. nu. 7.

Prima

15 † Secundo si est persona fide digna probabitur eius error per ipsius iuramentum. Bal. in l. si contra. C. si ignor. rem minor. Curt. sen. consil. 71. sub nume. 15.

16 † Cautus tamen eris ex aduerso quod si ista persona, vt plurimum conuersata est cum iuris literatis quod nõ debet admitti ad hoc iuramentum, præsertim si in se sit persona sagax, & diligens, vt per Grammat. decisio. 79. nume. 7.

Altera in materia pensionum sit conclusio propriè loquendo appellatione

17 fructuum † veniunt pensiones. Alex. in statutis loquens. consi. Alexan. 181. col. final. vol. 2.

18 † Petens etiam in libello fructus cõprehendit pensiones domorum. Bald. in l. traditio. C. de act. empt. Machel. patroc. 15. nu. 12.

19 † Vnde vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum percipit pensiones domorum. & ea mortuo si non dum tempus solutionis aduenit, transit ad hæredes vsufructuarij, si verò aduenit tẽpus debentur proprietario si partim venit partim nõ fit distributio. Castrẽs. cõs. 14. vol. 2. Alex. cõs. 15. nu. 3. vol. 2. & hæc est cõmunis * opinio. Didac. var. resolu. cap. 15. nu. 12. Paris. consi. 40. nu. 7. vol. 1. Boer. decis. 23. nu. 3. Tiraque. de retrac. conuen. §. 5. glos. 4. nu. 1. Borgn. de vsufruct. mulier. num. 243. Machel. patroc. 16.

20 † Ampliatur, vt hoc etiam procedat in redditibus gabellarum locatarũ, & conductarum, in quibus pater habet vsumfructum si à filio accipiatur, & ab vxore relicta vsufructuaria percipi debent data tamen cautione hæredi. Bal. in l. cũ oportet. col. pen. C. de bon. quæ liber. & in l. 1. C. de vsufruct.

SVMMARIVM.

1 *Socius habitans rem communem non tenetur consocio ad aliquam pensionẽ præstandam.*

Socio habitante rem communem.

QVAERO duo sunt socij, habent domum communem, quorum vnus habitat totam, nunquid teneatur ad aliquam pensionem consocio non hab tanti? Vtique non, quia

1 vtitur ad vsum † destinatum, & sibi imputet socius, qui non vtitur pro parte sua. glo. est in l. Sabinus. ff. cõmun. diuidun. quam sequuntur Bal. & Angel. in l. duo. ff. de acquir. hæred. vbi Bal. refert ita fuisse iudicatum. idem Bald. in cap. 1. §. præterea de prohibit. feud. alien. per Federic. Castren. consil. 163. in vlt. dubio. Ias. post Castrẽ. in l. 1. in fine. C. qui testam. facer. possunt in l. serui electione. §. 1. num. 17. ff. de leg. primo, vbi dicit esse casum quotidianum, & sępe in facto contingere.

SVMMARIVM.

1 *Socius exercens artem cum altero socio in domo propria vnius socii poterit petere pensionem à socio non domino domus.*

2 *Quando societas est vniuersalis omnium bonorum, vel illius domus, socius habitando eã etiam si tota vtatur, non tenetur socio pro parte.*

3 *Actus inhabitandi est indiuiduus.*

4 *Dominus domus indiuisæ totam rectè locat, dummodo vtiliter agat.*

Pro

Pro socio.

QVAERO si sit domus propria vnius ex socijs, in qua exerceat artem cum altero socio, poterit ne petere pensionem partis ab altero socio ratione tacitę locationis? Vtique
1 quia quilibet † intelligitur vsus pro parte virili Roma. cons. 1?5. in fine, qui dicit considerandam domus qualitatem, & solitam pensionem. l. licet, & l. excepto. C. loc. t. & conduct.
2 † Vbi tamen esset societas vniuersitatis omnium bonorum, vel domus illius quod vnus ex socijs habitando eam, etiam si tota vtatur, non tenetur socio pro parte cum licuerit ei in totum habitare rem communem indiuisam. iuxta gloss. in l. Sabinus. ff. commun. diuidund. Ronchegall. de duob. reis. l. 9 nu 126. vbi rationem reddit, quia huiusmodi actus inhabitandi est indiuiduus vnde pro parte expediri nequit, & ob id dominus partis indiuisę totum rectè locat dummodo vtiliter agat. Dec. in l. si socius in fine. ff. si cert. petatur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor inhabitans domum viri post mortem ipsius tenetur ad pensionem arbitrio boni viri.*

2 *Vxor habitans domum viri post eius mortem iure familiaritatis non tenetur ad aliquam pensionem.*

Vxore vidua.

1 QVAERO † vxor inhabitat domum viri post eius mortem, tenebitur ne ad pensionem. Vtique sic arbitrio viri declarandam, Bal in l. contractus. C. locat. vbi limitat nisi iure familiaritatis habitaret. sequitur Ias. 2 in l. in summa. §. fin. nu. 4 ff. de condic. indebit.

SVMMARIVM.

1 *Habitans domum alterius quem credebat esse dominum, soluens ei pensionem liberatur.*

2 *Conducens ab Abbate intruso quem putabat legitimum soluendo pensionem liberatur, vbi de communi.*

3 *Concedens alicui habitationem domus suæ sub spe pensionis, recurritur ad arbitrium boni viri.*

4 *Habens habitationem domus à domino, sed indebitè, tenetur ad pensionem quanti conducturus fuisset.*

5 *Occupans bona fide domum alterius ad nihilum tenetur.*

6 *Occupans mala fide domum alterius tenetur ad pensionem, quæ percipi potuisset.*

7 *Locator, vel dominus rei habitatæ quid probare debeat ad victoriam obtinendam.*

Condictione indebiti.

QVAERO de vtili, & quotidiana quęstione, habitasti domũ, vel apothecam meam per tempus me sciente, & patiente nullo pręcedente cum me contractu locationis, nunquid agere potero ad pensionem? & quo modo? Plures sunt considerandi casus.

1 Primus est † quando habitationem domus meę habuisti ab alio titulo oneroso, & nesciebas eum non esse dominum, sed credebas esse, & tunc si ei soluisti pensionem, es omnino liberatus. l. si vrbana vbi Bart. & alij notant. ff. de condict. indebit. in l. si in. ff. de solut.

solut. in l. commodare, cum l. sequent. ff. commodati l. si pignore. §. si prædo. ff. de pignor. act. in l. 1. §. si rem. ff. de posit.

2 † Inferentes ex hoc quod si quis conduxit per errorem ab Abbate intruso bona alicuius monasterij, & illi soluit debitam pensionem est liberatus si putabat eum esse legitimum Abbatem Imo. in cap. nihil, de elect. Io. Andr. in cap. in literis, de restit. spoliat. & hæc est communis opinio, vt testatur in laudat. l. si vrbana. col. in fine sub nu. 7.

Secundus est casus, ego vt amicus concessi alicui habitationem domus

3 vel apotecæ sub † spe recipiendæ pẽsionis, & tunc recurrendum est ad arbitrium boni viri prout in salarijs, de quibus in l. 1. ff. de extr. cognition.

4 † Tertius est casus quando habitationem domus meæ habuisti à me domino sed indebite, & tunc teneris ad pensionem quanti conducturus fuisses. l. in summa. §. penult. ff. de condict. indebit.

5 † Quartus est casus, quando aliquis ex se occupat bona fide, & inhabitat domum alterius, & tunc ad nihilum tenetur, quia bonæ fidei possessor lucrifacit fructus consumptos iuxta not in §. si quis à non domino, insti. de rer. diui.

6 † Quintus est casus. Quando quis mala fide occupat habitã... domum alterius, & tũc tenetur de pensione ẽt quæ percipi potuisset. vt no Cyn. in l. certũ. C. de rei ven. & Ang. in l. domũ C e. ti.

7 † Practicando tamen hanc vtilẽ materiã hẽt ab Alex. quid articulare, & probare debeas ad obtinẽdũ duo principaliter. s. quanti cõducturus fuisset habitator, nec articularis quanti locasses ex parte tua, vel alii locasti quia hoc non videtur sufficere. Aliud quanti cõiter cõducta fuisset, nec sufficit quod duos, uel tres ita conduxissent sed qđ cõmuniter. ta Alex cons. 181. vol. . & cõs. 11. vol. 4. cõs . col. fi. vol. 3. cons. 3. col. fi. vol. 5. Ro. cons. 168. & 423.

SVMMARIVM.

1 *Famulus conductus, pro famulando, si exerceatur per dominum, in aliqua apoteca, prosa tis ipsius domini an poterit dicere se fuisse socium in illa arte in qua prepositus fuit?*

2 *Famuli per dominus apoticis prepositi non sunt idonei testes pro eis.*

Institoria actione.

1 QVAERO † cõduxi operas alcuius famuli pro famulando, postea illum exerceo pro factis meis in aliqua apotecha an poterit dicere se fuisse socium in illa arte in qua prepositus fuit? Vtique non sed debet habere salarium conuentum, Rimin. cons. 356. nũ. 14. vol. 3. & ideo isti famuli cerdonum, & similium, tãtum in apotecis assistunt & mercedem habere debent secundum operas. Alex. ad Bart. in l. testium in fine princ. ff. de testi.

2 † Nec sunt idonei testes pro magistris & dominis suis. Petr. Moncad. in addit. ad Crot. in tract. de test. part. 4. num. 139. D. Bonacos. in tract. de famul. quæst. 99

SVMMARIVM.

1 *Creditor qui habitauit domum pignoratam an teneatur ad aliquam pensionem prestandam.*

Pignore locato.

QVAERO. cum specul. in tit. de pig in princ. Pignorauit tibi dom ũ, quã inhabitasti nunquid teneris ad pensionem & ad quantam? Butri. in cap. cum contra, prope finẽ de pignor.

gnor. declarat dictum peculat. aut pignorari simpliciter, & tunc habitando teneris ad pensionem quæ communiter potuisset percipi à quocunque alio aut fuit dictum vt possis habitare, & tunc teneris ad pensiones quas percepisses, licet hæc secunda particula videtur duriuscula, stante licentia habitandi & qualitate contractus celebrati gratia vtriusque in quo debetur diligentia in custodiendo.

SUMMARIUM.

1 *Forensis remanens in domo conducta cum alio forense qui postea discessit non tenetur ad integram pensionem, sed pro eius rata tantum.*

Forensibus & Aduenis.

QVAERO duo forenses venerunt Tudertum, & ibidem domum conduxerunt, & vnus postea discedit redeundo fortasse in patriam, numquid ille, qui remansit tenebitur
1 ad integram pensionem, † vtique non Io. n. Andr. in add. ad specula. in titul. de iud. in 4. part. §. sequitur. in add. magna. Angel. in l. duo fratres. ff. de acq. hæredit. Ias. in l... nu. 9. C. qui testa. facer. possess.

SUMMARIUM.

1 *Conductor operis sub certa forma faciendi, faciendo nouam conuentionem de componendo opus sub alia forma, si faciat opus iuxta secundam conuentionem, non poterit conueniri ad pœnam appositam in prima conuentione.*

2 *Conductor ad opus faciendum qui recessit à prima conuentione per secundam, si non seruauit contenta in secunda, non poterit conueniri ad pœnam appositam in prima.*

Forma.

QVAERO de pulcra quæstione. Conduxi Sempronium ad opus faciendum sub certa forma in instrumento apposita, adiecta pœna post fuit facta noua conuentio de alia forma, & fuit opus perfectum secúdum formam vltimæ conuentionis, an possit agi ad pœnam quasi non fuerit seruata forma
1 prima conuentionis pœnatæ. † Vtique non per textum notabilem in l. cum in plures. §. lege. ff. locat. vbi Castr. multum commendat dicens illum textum sæpius à Bal. fuisse commendatum.

Sed pone quod non seruauit conuentionem secundā, poterit ne agi ad pœnam ex forma primæ conuentionis?
2 vtique verior est opinio, † quod non quia sit ab ea recessum per secundam. Castr. in l. insulam. §. 1. ff. de præscript. verb. in l. lecta. ff. si cert. pet. in l. 1. §. & post operis. ff. de nou. oper. nunciat.

SUMMARIUM.

1 *Conductori domus, vel alterius ædificij non debetur conuenta pensio, si non seruauit formam conuentam in altitudine, vel latitudine, sed arbitrio boni viri.*

2 *Regula de implemento formæ non procedit in contractibus bonæ fidei.*

Quando liceat à locatione recedere.

OCCVRIT in facti contingentia, locauit quis domũ construendam hoc pacto vt altitudinis esset, vt Tudertini dicunt, pedum tot. & latitudnis tot. constructa est, sed pro minori, dominus non vult aliquid dare tanquam forma non seruata. Quid
1 agendum † Vtique vidi illud obseruari quod nõ debeatur pensio, & merces conuenta, quia conuentio non fuit in forma obseruata, sed arbitrio boni viri, si communi peritorum opinione ædificium erat in aliquo vtile ea ratione, quia bona fides cuius est locatio, & cõductio, nõ patitur vt ille perdat labores suos, nec regula de formæ imple
2 mento, procedit † in actibus bonæ fidei, & æquitatis, vt per Brun. in tract. de form. in cap. quando liceat à forma reced. & not. in l. 2. C. locat. & dixi supra tit. no. in l. si fideiussor. §. quædam. ff. mãdat. Alex. in l. placuit. C. de Iudic. Stracch. de mercat. parte vlt.

SVMMARIVM.

1 *Locans domum construendam infra annum cum pacto, vt si non construeretur in tempore posset alteri relocari, si relocetur sub eadem forma, sed ad maiorem mercedem illud plus poterit petere à primo conductore.*

2 *Locator relocando alteri opus in tempore non factum cum grauiori modo & forma, & maiori mercede illud plus petere non poterit à primo conductore.*

3 *Locator faciendo manu propria per operarios diurnos quod alteri locauit, si plus expendat, repetere poterit à conductore.*

4 *Locator poterit relocare opus alteri etiam infra terminum quando certum est in residuo temporis per conductorem perfici non poss.*

Locatione limitata.

QVAERO locaui tibi domum construendam infra annum, & si non construeres possem alteri relocare, quid agendum?

1 † Si relocaui alteri, eodem modo, & forma prout in prima locatione, sed ad maiorem mercedem, & tunc illud plus petere potero à primo conductore l. item quæritur. §. si in l. ff. locat.

2 † Secundus est casus, si relocaui alteri cum grauiori modo, puta primo, vt faceret tres cameras, & secundo vt faceret quatuor, & cũ maiori mercede, & illud plus petere non potero vt supra. d. §. si in lege.

3 † Tertius est casus quando locator met fecit conducẽdo operarios de die in diem, & expendi multo plus. tunc repetere potero ratione moræ, vt Castrens. not. in d. §. si in lege. vbi per illum textum subdit posse relocari secundo † etiam infra annum quando
4 certum est in residuo anni per primũ conductorem perfici non posse.

SVMMARIVM.

1 *Locans fundum ad certum tempus quẽ deseruisti si locetur alteri, poterit petere pensionem à primo conductore*

Fundo deserto.

QVAERO de casu vtili, & quotidiano secundum Castrens. infra allegandum locaui tibi fundum ad certum tempus, quem deseruisti, &

 ego

SVMMARIVM.

1 *Colonus qui nõ bene putauit vineam, relinquendo multa capita vitibus, tenetur domino ad interesse.*

2 *Conductor finita locatione tenetur restituere prædia in eo statu, in quo reperit tempore conductionis.*

3 *Conductor non potest in fine conductionis restuigliare terras cõductas, nisi in loco esset consuetudo.*

Restitutione reliquorum.

QVAERO de vtili, & practicabili quæstione præsertim in hac Patria Tudertina circa fructus vltimi anni, & restuigliando Tudertini vocãt. ponendo aliquas notabiles conclusiones in materia fructuum vltimi anni.

1 † Prima sit conclusio, quando colonus nõ bene putauit vineam, quia multa capita vitibus reliquit, nã propter hoc deterioratur vinea, quia anno sequenti, vel desiccabuntur vites, vel minimum fructum facient, tenebitur ad interesse. Bart. in l. hæc distinctio. §. cũ fundum, vbi etiam Castrens. ff. locat. glo. in l. pen. ff. de vsufruct. Ruin. cons. 74. num. 4. vol. 1. vbi non licet vltimo anno exfructare vt fructus anni sequẽtis corrumpantur.

2 † Secundus sit conclusio, conductor finita locatione tenetur restituere prędia in eo statu in quo reperijt tẽp. conductionis l. si merces. §. conductor. ff. loca. l. cũ conduct. C. loca. Fed. cõs. 100. in fine. Per. de Vbal. in trac. duob. frat. p. 2. q. 9. nu. 56. Rui cõs. 80. n. 1. & cõs. 88. nu. 4. lib. 1. Men. cõs. 3 nu. 3. li. 1.

3 † Tertia sit conclusio, colonus non potest, vt vulgo dici solet, restuigliare terras conductas in fine conductionis in ea parte agri, vbi sunt stipulæ, & nõ poterat ingredi ad colendum decisio Perusi. in terminis 62. par. 2. vbi dicit, in hoc seruandum loci consuetudinẽ.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non potest expellere colonum propria authoritate.*

2 *Dominus expellendo colonum propria authoritate, amittit ciuilem possessionem.*

3 *Limita in expulso à Iudice de facto, & propria authoritate.*

Vi & vi armata.

1 QVAERO † ad materiam. l. si quis in tantam. C. vnde vi, an dominus possit expellere colonũ propria authoritate. & vtique non, &

2 expellendo amittit † ciuilem possessionem, vt not. in l. peregre §. si quibus & in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss.

3 † Quam conclusionem limita notabiliter, vt non procedat in iudice, qui de facto, & propria authoritate expellat, nihilominus, quia illa expulsio fit in forma iudicii, & non agit, neque intendebat possessorem extraiudicialiter turbare tali casu non perdit ciuilẽ. ita Marian. in repet. cap. quod super extra, vt lit. non contest. quod dictum sequuti sunt domini de Rota in vna Bononiensi Cruciferorum corã Reuerendo D. Rainaldo. mense Nouembris 15 6. prout refert, & valde commendat Gomes. in regul. de annal. q. 45. nu. 3. vbi hoc in practica summopere commendat, & extollit.

SVMMARIVM.

1 *Locator promittens factum alienum ad hibendo omnem diligentiam excusatur, vbi de magis commum.*

2 *Quid stante iuramento.*

3 *Quid si dicatur cum effectu.*

4 *Quid si dicatur liberè, & sine aliquo*

impedimento.

5 *Quid si specificetur in obligatione casus difficilis, vel impossibilis.*

6 *Quid si sit facta exceptio in vno casu.*

7 *Quid si ex verbis appositis appareat velle penitus obligari, & ibi latè per quæ verba.*

8 *Formula instrumenti, vt possibilia faciendo non excusetur.*

9 *Inspicienda est persona promittens, & de qua sit promissio, & si difficultas adhærat tẽpore obligationis, vel nõ.*

10 *Quid de æquitate canonica.*

11 *Interpellatio non requiritur in promissione facti alieni.*

12 *Difficultas consideranda est an potuerit remoueri, vel non in promissione facti alieni.*

13 *Locator promittens factum alienum, an liberetur cedendo actiones.*

14 *Difficultas excusat promittentem factum alienum quoad damnum secus quoad lucrum.*

15 *Promittens factum alienum excusatur si impediens petat restitui ex capite enormissimæ læsionis.*

16 *Collusio non præsumitur, & alleganti incumbit onus probandi.*

Facto alieno.

QVAERO ad materiam. l. stipulatio ista. ff. de verb. oblig. conduxit Tudertinus datium salis, & locator promisit quod conducat Tudertum sine solutione alicuius datij, passagij, vel gabellæ, si adhiben do omnem diligentiam locator excusetur, hanc quæstionem in terminis cõtractus locationis mouit Goza. vnde tangam aliqua vtilia vltra eum.

1 † Conclusio est quod adhibendo omnem diligentiam excusetur, Anch. consi. 330. col. 5. versi. sed obiicies. Socin. cons. 215. in fine, & hæc est magis communis *opinio in practica semper seruata. Ias. in l. stipulatio ista nu. 10. ff. de verb. oblig. Bero. in d. consil. 69. col. fin. vol. 1. Ant. Gab. de pact. conclusio. 2. in princip.

2 † Ampliatur etiam stante iuramento Dec. dicens hanc * communem consil. 313. Marant. q. 7. nume. 11. post eius tractatum.

3 † Declaratur nisi sit dictum quod cum effectu &c. per quæ verba non excusatur faciendo possibilia. Fulgos. cõsil. 233. Dec. cons. 325. col. 1. Alcia. in l. 5. Cato, nu. 133. ff. de verb. oblig. Gramma. decisio. 102. num. 81. Ruin. consi. 132. col. 1. vol. 1.

4 † Declaratur secũdo vltra Ant. Gab. & alias regulistas nisi fuerit facta promissio liberè & sine aliquo impedimẽto, Ant. de But. in cap. 1. de offic. ordi. Abb. in cap. de multa, de præben. & sic quãdo verba sunt geminata, vt per Felin. in. cap. si cautio de fid. instrument.

5 † Declaratur tertio nisi in obligatione fuisset specificatus aliquis casus val de difficilis, vel impossibilis, quo casu de eius mente constare videtur, vnde nec in alijs non expressis excusabitur. Goza. in terminis locationis cons. 27. nu. 8 idem sensit Rip. in l. quod te. nu. 46. ff. si cer. pet. Paris. consi. 109. col. 1. in fine. vol. 1.

6 † Declaratur quarto vltra alios nisi sit facta exceptio in vno casu, nam in aliis etiam difficillimis videtur se omnino obligasse, cum exceptio firmet regulã generalẽ in omnibus alijs. Goza. d. consi. 27. nu. 9. vbi fuit exceptus casus qui proueniret dolo, vel culpa conductoris. ergo locatori omnibus aliis se obligasse videtur, vt per eum in terminis loquentem.

De-

7 † Declaratur quinto loco. & hæc declaratio ferè omnes casus complectitur. Nisi ex verbis & mente contrahentium colligi posset quod promittens se omnino obligare voluit, quomodocunq; promissio non sortiretur suum plenarium effectum etiam possibilia faciendo, prout si fieret promissio indemnitatis, vt per Socin. late riam. consi. 288. col. 1. vers. quarto confirmatur Dec. in l. impossibilium. ff. di reg. iur. sub. nu. 5. Pari. cōs. 10. nu. 5. vol. 1. vel si adijceretur aliàs de suo & Dec. in l. fi. §. final. nu. 1. ff. si cert. pet. Gomes in §. in personā col. 14. instit. de act. Cago. in l. semper qui non prohibet, nu 31. ff. de reg. iur vel esset apposita in instrumento clausula renūcians &c. Crot. ad §. Cato. in 2. lect. nu. 34. ff. de verb. oblig. & ita * passim practicatur teste Cagnol ad l impossibilium nu. 4. ff. de reg. iur.

8 Vnde cautus erit conductor † vt locator ample ꝑmittat, puta in casu Gozadini quod cōducet sal sine aliquo impedimento ita vt faciendo pōssibilia nō excusetur immo in omnem casum & euentum dictus M. locator de suo proprio teneri & obligari voluit dictumq; N. conductorem semper & omni tempore indemnem conseruare promisit renuncians & c. quibus sic stātibus omnino locator tenebitur.

9 † Practicando etiam cādide lector eris cautus considerando personam cum qua promittens est negociaturus, nam si est pater qui promittat factum filij qui ei obedire tenetur vel socer nurus facilius admittatur excusatio, quia cogitabat posse disponere de eo, si vero est extraneus siquidem amicus facile excusatur, si vero alius difficilis voluntatis & cerebri adamantini sibi imputet promissor, maxime si difficultas aderat tempore obligationis. secus si superueniat post ita egregie docet Dec. cons. 313 Rursus aduerte quod de equitate ca-

10 nonica † locator propter impotentiā excusatur. Beluis. inter consi. cri. cōs. 2. D. Tob. Noni. consi. 103. nu. 3. Bonacoss. de equitat. Canon. conclus. 5. locat. Crot. in §. Cato aliter tenet.

11 † Decis requiritur ne interpellatio aliqua. vtique non sed debet adimplere quam primum potuit. & hæc est * communis opinio, Curt. Iun. consil. 74. nu. 6. Ruin. cons. 42. nu. 26. uol. 4. & cons. 30. nu. 11. vol. 5.

12 † Declaratur etiam sexto loco vt difficultas sit talis quæ remoueri non possit aliàs secus, Bart. in l. qui commeatus. §. 1. de re milit. in l. quibus diebus ff. de condit. & demostrat. Fel. in cap. plerumq;, de rescript. vnde in terminis locationis dixit Ripa ad l. quod te sub. nu. 47. quod ille qui locauit animalia ad triturandum, si per se non potest accedere, transmittat animalia & personę eius non sit tutus accessus sed rustici & similes ab hac declaratione appellabunt, qui magis diligunt suos boues & animalia quibus victum quęrant quam, se ipsos & potius relinquerent familiam propriam quā boues & animalia.

13 † Pone quod locator impeditus velit cedere actiones excusabiturne? Castr. in rub. ff de eo per quem fac. fu. tenet quod sic. quando impediens erat talis cui vel natura ipsa, vel de iure, vel de facto resisti non poterat, vnde iñ casu Gozad. cum impedimentum prouenie bat facto principis merito videbatur excusandus, sed ipse ibi nu. 28. contrarium tenet stante propria obligatione

ex contractu cum verbis pręgnātibus. Vnde videtur colligi subdeclaratio ad doctrinam Cast. supra allegatæ quod non procędat quando quis se ex proprio contractu obligasset, & non tenetur ex hoc solū quod actiones habet.

14 † Declaratur septimo loco vt difficultas excuset quoad damnum euitandum secus quoad lucrum captandum glo.in l.4.C.de vsufr.legat.& in l.vxori.§.1.eo.tit. si tamen impediens impediret vel contrauenīret per viam restitutionis ex capite læsionis, promittens

15 excusatur. Gram. decis.102.nu.106. vbi de* communi.

Et dum per doctor. in materia loquentes allegatur collusio, dicas quod

16 in dubio non præsumitur † & allegan ti incumbit onus probandi.l.quoi L*e*ges.§.dolo.ff.de prob.attenta maxime qualitate promittentis, vt per Dec.in allegat.consi.

SVMMARIVM.

1 *Recompensatio habet locum in contractu locationis, & conductionis, vt si locator, vel conductor non potuit in vno anno restauret in alio.*

2 *Promissor operis qui non tradidit auditur soluendo pretium in præteritis, secus in futuris.*

3 *Locator, & conductor respectiue præcise cogi possunt ad factum promissū.*

Recompensationibus.

QVAERO de notabili, & vtili quæstione, an in contractu locationis, & conductionis habeat locum

1 restauratio, puta non potui anno præterito, volo restaurare hoc anno, & passim euenire potest. vide supra. de recus.par.2.

2 † Sed adde hic vnum occurrens in facto promisisti operas, & non tradisti, vis soluere precium an sis audiendus. Vtique sic in præteritis, secus in futuris ad quas præcise cogi potest.

3 Vnde potest locator, & conductor respectiue præcise cogi ad factum promissum. Bal. in l.1 in l.nec libertas.C. de oper.libert.

SVMMARIVM.

1 *Colonus clerici portando mustum, vel aliud ad Ciuitatem pro rata domini soluendo gabellam ad portam, computat domino.*

Priuilegiis clericorum.

QVAERO in hoc tempore gabellę Tudertinæ. Colonus Clerici portat mustum ad ciuitatem ad domum domini sui, an teneatur soluere

1 gabellam portę. † Geminia. tenuit quod sic in cap. quam quam. col. 3. vers. numquid, de cens. in sexto. & soluendo computat in partem domini. Bal. in l. cum duobus §. si in coeunda. ff. pro soc. Petr. de Vbal. in tract. de duobus. fratrib. part. 6. quæstio. 16. aliàs. 13.

Finis Secundæ Partis.

TRACTATVS VINCENTII CAROCII TVDERTINI I. V. C.

Locati, & Conducti, Pars Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis habet locum in contractu locationis, & conductionis. vbi de communi.*

2 *Conductor offerens compensationem de suo credito non poteſt expelli ratione non ſolute penſionis.*

3 *Qui compensat ſoluit. vbi de communi.*

Compenſationibus.

1 QVAERO † Nunquid in contractu locationis, & cōductionis habeat locū exceptio cōpenſationis. & vtique ſic. Petr. in §. in bonæ fidei. nu. 7. vbi Iaſ. nu. 87. Miſinge. nu. 33. Inſt. de act. Spec. in tit. de loca. & conduct. §. nunc aliqua. verſi. 83. Gigas de penſ. q. 92. nu. 7. Pariſ. conſi. 108. nu. 5. vol. 1. & hæc eſt cōmunis * opinio Sebaſt. Med. in tract. de cōpenſa. p. 1. q. 22. ponens exemplum quando conductor ſublocauit alteri, & econtra, ſi ad inuicem non ſoluant penſionem fit mutua compenſatio.

Similiter ſi conductor non ſoluit penſionem quia intendit compenſare cum ſuo credito, quod habet cum do-
2 mino locatore † dominus non poterit eum expellere ea potiſsimum ratione,
3 quia † qui cōpenſat ſoluit. Abb. in ca. bona fides. nu. 11. de depoſito. Alber. in l. cum aliter. ff. de compenſ. Angel. in l. ſemel mora. ff. ſolu. matr. Alc. cōſ. 12. vol. 5. Gozad. conſ. 69. Curt. conſ. 71. Rolan. 82. nu. 26. vol. 1. & hæc eſt communis * opinio. Sebaſtia. Med. vt ſupra ſub nu. 3.

Declara in debito ſuperuento poſt promiſsionem iuratā ſecus ſi erat ante. Imo. in l. Iulianus. nu. 14. ff. de condi. indebit. & hæc eſt communis * opinio. Anchar q. 2. par. 1.

Declara ſecundo de equitate ſecus de rigore, Grat. conſi. 121. nu. 12. Pariſ. conſi. 121. lib. 4. vnde quando cauſa cognoſcitur ſola facti veritate inſpecta ſemper compenſatio admittitur. Pedem. deciſio. 92. nu. 15.

Declara tertio quoad pęnam periurij euitandam. Sebaſt. Med. de compēſat. part. 1. q. 25.

Declara quarto in paupere, vel aliàs impotente, Afflic. deciſio. 163.

Declara quinto, vt multo magis poſsit in debito iurato per anteceſſorem. Rui. conſi. 1. nu. 11. vol. 1. Affli. deciſ. 381. Alb. conſi. 77. nu. 18.

SVMMARIVM.

1 Conductor seu colonus habent retentionem pro necessarijs expensis sine vtilibus.
2 Quid in colono expulso propter pensionem non solutam.
3 Quid in colono ad longum tempus.
4 Quid pro modicis expensis.
5 Quid pro expensis maximis quas dominus commode soluere non posset.
6 Quid si partes aliter conuenerint.
7 Quid in conductore malæ fidei.
8 Quid si colonus vellet asportare, & dominus recusaret offerendo pretium.
9 Expensæ necessariæ quæ dicuntur.
10 Conductor molendini an teneatur ad illius restaurationem, & restaurando an repetat.
11 Expensæ quæ possunt repeti, & quæ non, distinguitur latius, si respiciunt perpetuam vtilitatem, vel non.
12 Declaratio ad dictum Bal. in §. vasallus in titulo hic finit lex Corrad. dicentis esse in electione domini soluere impensas, vel permittere melioramenta auferri.
13 Melioramenta extimantur secundum tempus restitutionis, vbi de communi.
14 Melioramenta quando non sunt liquida an sufficiat fideiussor.
15 Scriptor quinternos, hospes vtilisiam, marescalcus, tutor & similes possunt retinere rem pro laboribus suis.
16 Conductor an teneatur mundare fossata.
17 Conductor an teneatur ad expensas factas, causa colligendorum, vel custodiendorum fructuum.
18 Conductor an teneatur ad refectionem putei, cloacæ, viæ, & similium.
19 Expensarum quantitas probatur iuramento facientis.
20 Conductori non sufficit deducere impensam, nisi probet quod tanti res fuerit meliorata. & ibi practica ad deducendum melioramenta.
21 Pactum vt melioramenta cedant domino valet.
22 Pactum vt liceat auferre melioramenta finita conductione, an valeat.
23 Conductor quando possit petere affixa fundo, vbi de communi.
24 Item quando possit ammouere.
25 Colonus non tenetur nisi vites veteres conseruare.

Expensis.

QVAERO, Nunquid in contractu locationis, & conductionis habeat locum retentio pro expensis, & melioramentis factis?

1 † Prima sit conclusio, conductor seu colonus habent retentionem pro necessarijs expensis. l. colonus. ff. de vi, & vi armat. idem pro expensis vtilibus. l. in rebus §. possunt. ff. commod. Aret. consi. 3. nu. 7. Iacob. Meno. de recup. possess. remed. . §. num. 5. 50. Machel. patroc. 6. nu. 9.

2 Ampliatur, vt procedat etiam in colono, qui expellitur propter pensionẽ non solutam cui conceditur retentio, & deductio † melioramentorum, & expẽsarum necessariarum, vel vtilium. l. dominus horreorum. §. 1. vbi Bart. ff. locat. l. colonus. ff. eo. tit. Alciat. respons. 20. nu. 8. etiam si esset ad longũ

3 tempus. † Ias. in authẽ. qui rem. nu. 9. C. de sacros. eccles. Ruin. cons. 1 5 7. & ibi nu. 1 8. vol. 1. Alcia. cons. 20. in fine. Cotta, in verbo emphiteuta Bursat. consi. 2 3. nu. 30. etiam si culpa sua expelleretur, vt dictũ est, & adde Bero

cons.

conſ. 73. Rolan. conſ. 28. & 56. vol. 1. Rimi. conſi. 212. nu. 30. vol. 2. deciſio. Peruſi. 4. nu. 8. part. 1.

4 † Declaratur non procedere quoad modicas expenſas. l. omnimodo. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Caſtren. conſil. 268. lib. 2. Zaſ. in l. diuortio. nu. 9. ff. ſolut. matrimon.

5 † Declaratur ſecundo non procedere quoad maximas, & exceſsiuas impenſas, ita vt non poſſet dominus eas commodè ſoluere, nam tunc neceſſario, nec vtiliter factũ videtur. Bal. cõſi. 116. Columbinus col. 2. verſi. ex præmiſsis. vol. 2. Tiraq. de retract. conuẽ. §. 7. glo. 1. nu. 5. Craue. conſ. 3. nu. 19. licet re vera loquatur in marito. Iaco. Menoc. in allegato remed. 15. nu. 55.

6 † Declaratur tertio niſi aliter inter partes fuerit actum, & conuentũ. Bal. in l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccleſ. Iaſ. in l. 2. nu. 28. C. de iur. emphi. Pariſ. conſi. 73. nu. 55. vol. 1. conſ. 28. nu. 1. vol. 3. Curt. iun. conſi. 65. Rui. conſi. 24. nu. 10. vol. 1.

7 † Declaratur quarto, vt procedat in conductore, vel colono bonæ fidei ſecus ſi ſit in mala fide. Sebaſtian. Med. poſt alios in tract. de compenſa. par. 1. q. 22. in finalib. verbis.

8 † Declaratur quinto, vt non procedat nam ſi conductor vellet abradere, vel aſportare, & dominus ſoluere precium, debet eum recipere. Bald. in l. in fundo in fine. ff. de rei vend. Marſi. ſingul. 410. vbi loquitur etiam ſi aliter cõuentum fuerit, multo magis quando commodum nõ reciperet diuiſionem, ſine corruptione ſubiecti, deciſ. Peruſ. 24. part. 1.

9 † Neceſſariç enim dicuntur hoc caſu expenſæ quando eas facit conductor, ne res conducta periret, vel deterior fieret, vel vt habitari poſſit Caſtrenſ. poſt Bart. in l. dominus horreorum. §. 1. ff. locat. Redo. de reb. eccleſ. non alienan. q. 16. verſic. colonus nu. 3. in fine.

10 Et ex prædictis infertur, † quod ſi aliquis conduxit aliquod molendinũ quod indiget reſtauratione, certè ad eam non tenetur, & reſtaurando iure optimo repetere poteſt. gloſ. in l. ex cõducto in verbo reficitur. ff. locat. in l. ædiles, vbi Bar. ff. de via public. Bar. in l. prædia. §. ante pen. ff. de fund. inſtru. in l. impenſæ ff. de impenſ. Spec. in tit. de locat. §. poſtquam. verſi. ſed quæritur. Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos in 2. q. ff. de publican. Bal. in l. licet. q. 4. C. loca. Iaſ. latè in l. quominus nume. 149. de flumin. vid. in tit. de refect. part. 2.

11 † Faciũt dicta per Caſtrẽ. conſ. 270. lib. 2. vbi declarando materiam dicit quod diſlocatio terrarum, & prediorum, quç pertinent ad culturam fundi non eſt reficienda quemadmodum expenſç arandi, & ferendi, & plantatio vitium, & arborũ licet pertineat ad perpetuam vtilitatem quia durant vltra tp̃s conductionis, ſi ſint arbores nõ fructiferç quç pertinent duntaxat ad pulchritudinem, vel amçnitatem non repetuntur, & lucro fundi cedunt, ſi verò ex eis perciperetur vtilitas, vt oliuetũ, aut arbores neceſſariç ad vitiũ ſubentationẽ, vt vlmi, Tudertini plantatas vocant, tunc expenſæ debentur, nec in talibus habet locũ abraſio. l. ſi fundi. ff. de rei vend. quando expenſa plantationis eſſet magna ſecus ſi parua prout in plantatione ſalicum, & populorũ, etiã poſitorum pro vitium ſuſtentatione, vt ibi latè per eum, & prædicta ſequitur Rolan. conſ. 20. nu. 2. lib. 1. Fran. de

de March.decisio.460. in fine,part.1. Cephal.conf.181.nu.1.vol.2.latè Iacob.Menoc.conf.6?. Bursa.consi.11. nu.38. vol.1. decis. Perusi.26. part.1. dicuntur autem ad perpetuam vtilitatem quando qualitas rei est mutata, & bonitas aucta. Bero.consil.89. nu.35. lib.1 vt in domo refecta pro habitatione coloni, vbi est impensa necessaria. Boe.q.4 . Meno.de recup.possess. remed.15.q.39.nu.500.vel si facta fuerint ad decennium. Perus.decis.24.nu. 11.declarando,vt per eum. Notandũ tamen est quod Castren.in allegato cõsil.reprehenditur à Rui.consi.14.nu.3. lib.1.in salicibus,& oppijs,quæ seruntur in terris infructuosis, & reddunt fertiliores, & in istis locis meliorant multum. decisio. Perusi.58.part.1.& adde Rolan.consi.83.vol.5.

12 † Et vlterius nota,quod dictum Bal. & sequacium in §. vasallus in titu.hic finitur.l. Corrad. dicentis esse in electione domini, soluere impensas, vel permittere melioramenta auferri,non procedit in plantis sed ędificijs tãtum compatibilibus,vt per Rod.de reb.eccles.q.17.in verbo colonus.in fine.

13 † Et considerandum est, quod solidissima,& ab omnibus recepta est iuris regula,& conclusio quod melioramenta extimantur secundum tempus restitutionis,non secundum illud tempus quo facta fuerunt melioramenta. Boer.q.44.nu.12.& 13. Ruin.consi. 38.in fine lib.1.consil. 117.num.1.& 2.lib.3.Grat.consi.9.num.14.consi. 132.num.14.& 15.libr.2.Curt. Iun. consi.144.in fine. Paris.consi.16.num. 85.lib.2.capitu.decis.93. in fine.Rolan.consil.28. nume. 14.& consil.30. num 9.& hæc est communis opinio. Ias.in l. domos nu.4.ff.de lega.1.Iul. Clar.in §.feudum.q.88.vers.sed quæro.Natt.consi.13.in fine.vol.1.

14 † Et quando melioramenta nõ sunt liquida vidi practicari id quod decedit Benintend.decis.77. quod locator auditur præstita fideiussione de reficiendo in casu liquidationis, nec interim retardatur executio sententiæ.

15 † Ex prædictis etiam infertur quod scriptor potest retinere quinternos sibi datos, non tamen exemplar datum ad scribendum,similiter qui conduxit valisiam, vel quid simile, & expendit aliquid pro gabella, idem in Marescalco,tutore,& similibus.gl.& ibi.Ias.in l.si non sortem.§.si ... ff.de condict.in deb.Bal.& alij in l.sub prætextu.C.de transact. Ias.in §.Item seruiana. num. 72.de action.

16 † Sed numquid conductor tenetur mũdare fossata suis expẽsis,dicas quod sic,si nõ tendat perpetuam vtilitatem, vel longioris vitæ, quam conductio Bar.in l.impensæ.ff.de impens.sequitur Rol.consi.82.nu.24.lib.1.

Et vlterius notandum est,quod impensæ quędam fiunt colligendorum,

17 fructuum † causa, vel illorum custodiendorum, & hæc ad conductorem, vel colonum spectat. Boer. q.44. nu. 13.Afflict.decis.252.col 4.Tiraquel. de retract.consang.§.15.glo.1.num. 19.vers.fallit,quinto,Iacob. Meno. de arbitr.iud.cas.215. dicens fuisse de hoc interrogatum à Pio Quinto Pont. Max.in academia Montis Regalis.

18 † Quid in impensis factis in purgando puteo viciniæ cloaca stragulanda vià ante domum, & similibus. Vtique computantur in pensionem. Ias. post Specul. in authentic. qui rem.nu.9.C.de sacros.eccles. Salic.in l. in summa. C. de pignor. Afflict.in titul.

titul. quæ sint regalia in verbo viæ publicæ, vbi ait quod aliàs consultus respondit, quod si fiat bannum vt vnus quisque aptet viam ante domũ, quod si conductor expendat etiam inconsulto domino repetit. Natta consi. 13. & 449. nu. 10. Roland. consi. 83. vol. 4.

19 † Illud etiam in practica notandum est quod si in genere constat expensas fuisse factas, si earum quantitas non est specifice probata, statur iuramento facientis. Deci. in cap. 1. col. 20. ver. 6. fallit. de probat. in cap. 2. col. 1. ver si. septimo, eod. tit. in l. certi conditio §. quoniam. nu. 7. ff. si cert. pet. in l. in actionibus s. num. 13. ff. de in litem iurand. in l. final. num. 24. C. de edend. consil. 146. col. 6. Cepoll consil. 208. Marss. in l. 1. §. idem Cornelio. nu. 6. de quæst. & singul. 689. Natta consi. 102. num. 2. maxime si cum iuramento aliqua coniectura concurrat. Barto. in l. admonendi. col. 7. de iureiurand. vbi Ias. num. 202. & 204. Cephal. consi. 389. vol. 4

20 † Notandum est etiam in practica quod non sufficit probare conductori vel colono tantum fuisse impensum nisi etiam probetur quod tanti res fuerit melior reddita, ita docet Cagnol. practicam probandi melioramenra in l. 2. nu. 175. C. de pact. inter empt. & vend. Neuiz. consil. 73. nu. 46. Natta consi. 601. lib. 3. & hæc est vera, & communis opinio. Decis. Perus. 24. nu. 8. libr. 1.

Vnde practicando eris cautus deducere fructum ante meliorationem melioramenta, & fructum ratione melioramentorum, bene verum est, quod in huiusmodi melioramentis attenditur magis ad fauorem locatoris vnde si colonus meliorauit fundum in centum, & impẽsa fuerũt quinquaginta, hæc tantum debentur non centum, & econtra si expendit centum, & meliorauit quinquaginta, hæc tantum debentur. gloss. in l. in fundo. ff. de rei vend. Abb. in cap. 1. nu. 4. de restitu. in integrum. Neguf. de pigno. 4. mem. 5. part. nu. 11. Viu. opin. 177. lib. 2. Decis. Perus. 58. lib. 1.

21 † Pone aliquid esse pactũ puta, quod melioramenta cederent domino locatori, valebit ne? Vtique sic, Ias. in l. 2. num. 28. C. de iur. emphiteut.

22 † Similiter si fiat pactum vt melioranti finita conductione liceat tollere vel asportare, tamen offerente domino melioramentorum extimationem, cogetur colonus, vel conductor ea relinquere. Dec. Peru. 24. nu. 16. pat. 1.

23 † Vlterius practicando considerandum est, an circa affixa fundo deduci possint, ita videtur distinguẽdum, aut est modica impensa, & tunc finita conductione omnino spectat ad dominũ aut sit magna, aut finis conductionis prouenit ex culpa conductoris, & resici non debent, aut sine culpa, & tunc repeti, & deduci possunt. Bero. q. 96. Cephal. consi. 18. nu. 44. lib. 1. & * hęc est magis cõis opinio, Iul. Cla. in §. emphiteusis q. 45. Dec. hoc idẽ attestans consi. 518. dicens in iudicando, & consulendo ita tenendum. Nec in istis da tur abrasio prout in ędificiis. Dec. perus. 24. nu. 20. in libr. 1.

25 † Solet etiã distingui quando melioramenta sunt vtilia, & tunc liceat amoueri, & separari, aliàs non, quæ melioramenta per ferruminationem appellat Barto. in l. in fundo. numc. 8. ff. de rei vendicat. declarando, vt supra, aut respiciunt perpetuam utilitatem uel non.

Et

Et notandum est quod colonus non tenetur nisi vites veteres conseruare. glo.in l.si agri.ff.de vsufr.decis.perus. §5.nu.3.part.1.

SVMMARIVM.

1 *Possessio naturalis retinetur per colonum,vel conductorem.*

2 *Amplia vt procedat etiam finito tempore locationis.*

3 *Heres locatoris continuat possessionem etiam non apprehensam,per conductorem defuncti.*

4 *Intellectus ad l.cum hæredes.ff.de acq. posse?.*

Dominus perdit naturalem possessionem,moriente conductore in tempore conductionis.

5 *Dominus amit ciuilem possessionem pernegligentiam longi temporis arbitrio boni viri.*

6 *Colonus exeundo de fundo vel deiectus vel alteri tradendo an præiudicet domino in possessione tam ciuili quã naturali.*

7 *Quid secundum iura codicis,& l.fina. C.de acq. posses vbi de magis communi.*

Communia de vsucapionibus.

QVAERO de casu quotidiano eueniente de possessione coloni quoad dominum? Ad.l.1. C. commun.de vsucap.

1 † Recepta sit conclusio ex.d.l.1.possessio naturalis retinetur per dominum,vel conductorem.

2 † Ampliatur ista conclusio vt procedat etiã per heredem coloni, & finito tempore locationis.l.cum in plures.§. heredem vbi Castr.reputat hoc valde notabile ff.de locat.& conduct.

3 † Ampliatur secundo, vt habeat locum respectu hæredis locatoris qui continuat possessionem etiam non apprehensam per conductorem defuncti Alex.in l.qui vniuersam.§. quod per colonum.ff.de acquir.possess. Afflict.decis. 67.Benintend.decis.12.in fine,vbi declarat in herede sciente,quæ

4 faciunt ad intellectum l. cum † hæredes.ff.de acq.poss.

Quid si colonus,vel cõductor pendente conductione moriatur? Vtique dominus perdit naturalem, ciuilem

5 verò per negligentiam † longi temporis declarandi iudicis arbitrio. Alex.in l.si de eo.§.1.ff.de acq.poss.

6 † Quid si colonus deijciatur,vel alteri tradat. Vtique domino præiudicat in ciuili,& naturali l.3.§.quod si seruus.l.peregre.§.quibus. ff. de acquirend.possessio Si verò exit,distinguendum est quo animo.l. colonus.ff. locat. l. si colonus. ff. de acquirend. possess.

7 † Et hoc secundum iura antiqua, de iure verò codicis est reformatum per l.final.C.de acquir.possess.quæ procedit tam in colono qui de ipso exijt,quã in alio, qui alteri tradidit, vt per Ripam in rubr.de interd. num.7. Ruin. consi.172.num.5.lib.4. Corn.consil. 85.num.4.lib.4.Io.Crot.in l.si is qui pro emptore.num. 204.ff. de vsucap. & hæc est magis communis opinio,vt testatur Crauet.consi.235. Rebuff.in comment.ad reg.constit.tomo 3 titu. de caus.possess.benefic. articul.vlt.gl. vna num.19.licet contrariam opinionem quod in tradente non procedat,

dicas

dicat communem, & æquiorem. Grat. consi. 9 num. 2. consi. 36. in fine lib. 1. & consi. 75. num. 17. Iacob. Meno. de retinend. possess. remed. 14. nu. 22. sed prima opinio est magis communis, & passim recepta in iudicijs, & in scholis, vt attestatur Bellon. consi. 34. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Frater nō tenetur fratri cui in diuisione venit in partem prædium conductū.*
2 *Clausula pleno iure quid importet.*
3 *Clausula quomodocumque spectantis, & pertinentiæ quid importet.*

Si in diuisione prædium conductum.

QVAERO duo fratres habebāt inter bona prędium conductum, venerunt ad diuisionem, & in parte vnius venit prædium cōductum, num quid alter teneatur alteri fratri, vel re emere si potest, vel de euictione, vel ad

1 aliquod supplementum. † Vtique non ita in terminis consuluit Gozad cons. consi. 58. quia fratrum intentio fuit diuidere bona communia, sed prædium non dicitur commune, cum diuidētes nullum haberent in eo dominium, merito alter non tenetur alteri cui venit in diuisione.

2 † Quid si in instrumēto dicatur quod frater concedit alteri fratri pleno iure. Vtique adhuc idem, quia clausula pleno iure importat plenitudinem, & non, ratione subiectę materię. Alexan. consil. 14. colum. 2. vol. 7. Angel. in l. Iulianus, si hominem, §. final. ff. de rei vendicat.

3 † Quid si dicatur quod diuidunt bona ad ipsos quomodocunq; spectantia vel pertinentia, adhuc nō venit pręmium conductum, quia intelligitur ręspectu dominij vel possessionis prout non est in in re conducta, vt not. ad l. 2. cod. de pact. inter empt. & vendit.

SVMMARIVM.

1 *Locatione facta si conductor discedat clauso hostio rei conductę, & labatur tempus ad soluendam pensionem, quid facere debeat locator ne sibi praiudicet, & vt alteri legitime locare posit considerando plures casus.*

Absentia Coloni.

QVAERO de casu vtili, & quotidiano, locauit quis domum sub certa pensione, & conductor postea clauso hostio discessit, labitur tēpus soluendi pensionem, quid agendum in actu ptactico per locatorem.

1 † In hoc casu ad fauorem locatoris duo sunt principaliter necessaria, primum quod conductor fuerit absens per biennium, secundum quod cessauerit soluere biennio, & primum requisitum non sufficit sine secundo.

Et tunc distinguendi sunt duo casus principales. Primus est, si locator vult tantum aperiri domum, & mobilia existentia describi, & isto casu sufficit narratio locatoris, & eius iuramentum. l. thesaurus. ff. ad exibend. Bart. in l. 1. ff. de prætor. stipulat. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscend.

Secundus

SVMMARIVM.

1 *Locationis instrumento possessio non probatur.*

2 *Locationis instrumento probatur possessio inter contrahentes, secus quoad tertium.*

3 *Locationis instrumento non probatur continuatio possessionis*

4 *Locationis instrumento alijs concurrentibus probatur possessio etiam contra tertium.*

5 *Declara vt ibi.*

6 *Declara secundo vt ibi.*

7 *Declara tertio vt ibi.*

7 *Declara quarto vt ibi.*

9 *Locationis instrumento probatur possessio quando sunt plura instrumenta.*

10 *Locationis instrumento antiquo probatur possessio etiam contra tertium.*

11 *Locationis instrumento probatur possessio alijs adminiculis concurrentibus.*

13 *Locationis instrumento dominium non probatur vbi de communi.*

13 *Possessio probatur per testem deponentem vidisse colonos meos laborasse.*

14 *Ratificatio, nec mandatum in colono requiritur, sed ab initio praesumitur.*

Acquirenda vel retinenda possessione.

1 QVAERO † an ex instrumento locationis probetur possessio? Et videtur quod nō Papiens. in forma libelli turbatę possessionis, in verbo hodie. nu. 4. Fel in ca. inter dilectos in fin. de fid. instr. Rot. in antiquis dec. 87. Goz. col. 84. in fi. Rui. col. 47. col 2. vol. 4.

2 Declara † primo, & intellige vt possessio probetur ex instrumento locationis inter ipsum locatorem & conductorem, secus quoad tertium, cui praeiudicari non debet. Bal. cons. 130. statuto cauetur. col. 1. libr. 1. Socin. sen. cons. 9. col. penult. in princip. post Butr. in allegato cap. inter dilectos in fin. Idem. Soci. cons. 11. col. 2. vers. praeterea. lib. 3. Afflict. in cap. 1. §. si quis de manso nu. 74. si controuers. fuer. Alciat. respons. 29. nu. 5. Alba cons. 9. nu. 12. cons. 66. nu. 17. Boer. q. 109. nu. 85. Rebuff. in comentar. ad reg. constitut. tomo. 3. titul de materijs possessorijs in praefat. nu. 100. Bero. cōs. 45. nu. 8. li. 3 Soare. allegat. 3. Bar. de tem. vtil. & cōtin. ca. 18. nu. 3.

3 † Quod praesertim procedit quando ageretur de continuatione possessionis. Socin. sen. consil. 205. col. vlt. vers. & ita concludi, lib. 2.

Declaratur vlterius, † quando vna cum instrumento locationis factae concurrit solutio mercedis atque pensionis responsio & alia adminicula, tunc & contra tertium turbatorem probatur ex illis possessio. Idem quando cōductor asserit se possidere nomine locatoris. Socin. sen. cons. 11. col. 2. vers. infero & secundo li 3. Grat. cons. 50. nu. 2. lib. 1. Gabrieli. lib. 3. conclus. cōclus. 4. nu. 2. & nu. 7. Hier. de Mont. q. 21. nu. 27. Ceph. cons. 458. num. 4. vol. 4. & 3 8. nu. 3. part. 3.

5 † Sublimita quando tertius possideret, & eius possessio probaretur, quia tunc non propter eam pēsionis receptio probaret contra possidentem. Gabr. in allegata conclus. nu. 5. & 9.

6 † Sublimita secundo vt procedat quando probatur ipsum colonum soluisse, secus vero quando alius soluisset pro eo. Cor. cōs. 1. col. 2. li. 3. Castrēs. reputās hoc notabile in l. Pomponius ff. quib. mod. vsufr. amitt.

Subli-

7 † Sublimita tertio quando probare turquod ille, qui soluit non coluit, ne que possedit res locatas. Corn. vt sup.

8 † Sublimita quarto quia ista est præsumptio non probatio vera. Soci. consi. 105. vol. 2. Ruin. consil. 44. column. 4. vol. 4. Claud. in l. quamuis. §. si conductor. col. 1. versi. item nota. ff. de acquirer. possess. Gabriell. in allegata conclus. num. 12.

9 † Declaratur tertio non procedere cum plura sint locationum instrumenta. Socin. consi. 187. col. 2. lib. 2.

10 † Declaratur quarto, vt non procedat in instrumento locationis antiquo nam illo probatur possesio tam contra conductorem, quàm contra alium. Oldrad. consi. 199. colum. 2. Crauett. consi. 4 num. 11. & ita in practica seruatur, Iacob. Meno. de adipiscend. poss. remed. 3. num 574.

11 † Declaratur quinto quod per instrumétum locationis probatur possessio concurrentibus alijs adminiculis, Rui. consi. 6. colum. 8. versi. & ex his dici debet. vol. 4. Grat. consi. 5. colum. 5. versi. comprobatur. vol. 1. Iacob. Menochi. consi. 16 nu. 6. & consil. 64. vbi etiam si sint facta propter aliud. Bero. in cap. 1. de appell. num. 51 & in rub. de iud num. 11. Vnde instrumentum locationis cum promissione mercedis non probat possessionem nisi re vera fuerit soluta, Natt. consi. 4. 9. nu. 26. volum. 1.

12 † Sed an probetur dominiũ? Vtique non, P. ri. consi. 17. num. 25. lib 1. Ripa ad. l. rem quæ nobis, num. 8. ff. de acquiren. possess. quod procedit etiam contra conductorem. Afflict. deci. 14. num. & deci. 12. Alfan. reportat. 44. & hæc est communis opinio. Alexand. consi. 21 nu. 4. lib. 4. Soarez in verbo conductio. num. 19.

13 † Similiter vltra instrumentum, & alia adducta probatur possessio, si testis dicat vidisse colonos meos fecisse

14 aliquos actus possessorios, † nec requiritur quod probetur mandatum quia præsumitur ab initio locationis. Soci. Iun. consi. 135. nu. 27. vol. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussor conductoris non tenetur de tempore prorogato vel renouato vbi de communi.*

2 *Amplia etiam si sit dictum in principio vt tempus prorogari posset.*

3 *Fideiussor tenetur in termino renouato si ab initio, se pure & simpliciter obligauit si secus, cum aliqua præfinitione, puta nolo teneri nisi vsque ad tale tempus, vbi de communi.*

4 *Fideiussor liberatur prorogato termino obligationis, secus si prorogetur terminus solutionis.*

5 *Fideiussoris obligatio non dicitur alterata ex deputatione solita, & consueta.*

6 *Fideiussori conductoris præiudicat alteratio facta eo sciente nec contradicente, vbi de communi.*

7 *Fideiussor conductoris tenetur ne dum pro pensione, sed de terioratione domus, & massaritiarum, & suppellectilium.*

8 *Fideiussor coloni qui promisit in instrumento bene colere tenetur ad pœnam, & interesse promissum, & ad id sufficit exibere instrumentum.*

Fideiussoribus.

QVARRO de alia vtili materia s. fideiussoribus locationum, & cóductionum ad. l. si cum Hermes. C. locat.

Prima

Prima sit conclusio.†fideiussor conductoris non tenetur de tempore prorogato, vel renouato. d.l. si cum Hærmes. & l. item queritur. §. qui impleto. ff. locat. specul. & Io. Andr. in titul. de fideiuss. §. 1. vers. illud autem. Can. & in specie Dec. in cap. constitutus de appellat. Bart. & Alber. in l. Lucius. la secunda. §. Paulus. ff. de admi. tut. Alber. in l. sed & si manente num. 3. ff. de precar. Bal. in l. tam mandatori col. 2. C. de non nu. pecun. Tiraq. ad §. hoc sermone in princip. regul. num. 131. Marf. singul. 13 Dec. cōs. 07. nu. 2. Bos. de remiss. merc. conduct. nu. 50. Rui. cons. 6. nu. 2. vol. 1. Bero. ample cons. 144. per totum. vol. 1. Marc. decis. 538. & 539. par. 1. Crot. cōs. 111. nu. 1. Alex. cōs. 111. & 28. vol 2. Gra. cons. 126. in prin. & hæc est * communis opini. Ias. in l. centum Capuę in fine ff. de eo quod cert. lo. Bursat. consil. 91. num. 6. vol. 2. Roland. loquens post ius quæsitum consil. 69. in fine. vol. 4.

2 † Extenditur notabiliter allegata conclusio vt procedat etiam si in principio dictum sit vt tempus prorogari possit. text. notab. in l Labeo §. hęc autem clausula cum §. sequent. ff. de arbitr. reputat singul. Castrens. in l. 4. in fine principi. ff. de damn. infect. Tiraquellus de vtroque retract. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. nu. 32. in fine.

Declaratur tamen præsens materia ita distinguendo, aut fideiussor se obligauit ad tempus, & dixi nolo teneri nisi vsque ad tale tempus, & isto casu non tenetur nisi facta prorogatione, aut obligauit se pure ad debitum sine aliqua præfinitione temporis. & tunc prorogato termino non est liberatus fideiussor, idem dicendum quando aliud est conuentum inter debitorem, & creditorem aliud quam fuerit in prima obligatione. aut fideiussor obligauit simpliciter soluere rem illam existentem in prima obligatione, & tunc facta permutatione inter debitorem, & creditorem de alia re soluenda, fideiussor non tenetur. Aut fideiussor simpliciter se obligauit satisfacere creditori, & tunc tenetur facta permutatione vel nouatione de alia re inter debitorem, & creditorem, quia eadem ratio militat. & hæc est * communis opinio & distinctio. Marsi. de fideiuss. sub num. 89. Aufre. ad Tolos. q. 181. Rebuff. in concord. in titul. de prorogat. dilat. vers. secundo dicitur. Anto. Gabr. lib. 3. de fideiuss. cōclus. 3. nu. 7.

4 †Secundo modo distinguebat Ias. in l. 3. nu. 17 C. de iudic. aut terminus fiendę obligationis est prorogatus ignorante fideiussore, & non tenetur vnde fidei ubens pro cōductore vnius anni, si annus prorogetur fideiussore inscio non tenetur, quia non adest eius consensus aut prorogatur terminus solutionis, & fideiussores non liberantur.

5 Tertio modo † declara quod in contractu locationis non dicitur alterata obligatio quoad fideiussorem ex deputatione solita, & consueta. Corn. consil. 181. nume. 2. & 6. vol. 3. Bero. consi. 140. num. 20. & 21 volum. 1. Bursat loquens in conductore datiorum consilio 19. nu. 8. vol. 2.

6 † Quarto declaratur nisi alteratio sit facta fideiussore sciente, & non contradicente. Marc. decis. 536. & 539. prim. part. & hæc est communis opinio. Viui. lib. 2. * commun. opini.

opini. in verbo fideiussor opinio. 3. Bocr.decis. 14. Soarez in verbo fide iussor, num. 146. Gome. Var. resolut. cap. 13. nu. 20. Altera sit conclusio, fi-
7 deiussor † cōductoris nedum tenetur pro pensione domus sed pro deteriorationē, & pro massaritijs, & suppellectilibus, & eorū deteriorationc. glos. singu. in l. amisi, §. fideiussores, in verbo dotis. ff. de fideiuss. quam singularem dixit Roman. singular. 550. an fideiussor. idem in l. fideiussor §. fina. ff. qui satisd. cogantur. Marsil. de fide iuss. q 8. in fine. nu. 96. dicens esse valde notandum & sæpius occurrere in facto. Veron. cautel. 127. ille qui.

† Sit etiam alia conclusio fideiussor coloni, qui per publicum instrumentum promisit fundum bene colere, tenetur ad pœnam promissam, & etiā ad interesse, & ad id sufficit exhibere locationis instrumentum. Benintend. decis. 16.

SUMMARIUM.

1 *Conductor an teneatur ad interesse extrinsecum. distinguntur plures casus.*

2 *Intellectus ad l. sed addes. §. primo ff. locat.*

Interesse extrinseco.

QUAERO an in contractu locationis debeatur interesse extrinsecum? Distinguendum est, nam si locetur res inanimata, cuius conditionem quis probabiliter ignorare non poterat, vt in vasis, & dolijs, & tenetur etiam ignorans ad interesse extrinsecum, aut probabiliter poterat ignorare, & tunc secus, l. sed addes. §. 1. & ibi Bart. & Cast. ff. locat. si vero tradatur res animata ignorans tenetur quatenus vt damnum emendet vel seruum pro noxa dimittat l penult. ff. commod ita tenet Bart. in l. vnica nu. 19. C. de sentent. quę pro eo quod inter. & ibi sequitur Dec. in fine.

2 † Et circa intellectum. l. sed addes. §. 1. ff. locat. considerandum videtur quod non est speciale in vasis, & dolijs ibidem exemplificatis sed in similibus vbi militare potest similis ratio decisionis dictę legis non in vasis , sed quia iste locando tacite si non expresse asserere videtur talis negociationis & exercitij vnde ignorans tenetur, ex quo fit vt vendens non vasa prout textus exemplificat, sed ligna ad fabricādum; lateres vel alia similia locet, tenebitur ad interesse extrinsecum, ratione tacitæ professionis in locatione similium ita egregiæ declarat Caball. in tracta. de eo quod interest. sub numero quinquagesimoprimo, cum sequent.

SUMMARIUM.

1 *Conductori competit remedium restitutionis in integrum ex clausula saltem generali.*

2 *Conductor carceratus restituitur.*

3 *Conductor absens ex causa Reipublicę, vel legationis, restituitur, nec tenetur dimittere procuratorem.*

4 *Conductor infirmus restituitur.*

5 *Conductor minor quando restituatur, vel non.*

6 *Ecclesia in locatione lęsa quando restituatur,*

Resti-

Restitutione in integrum.

1 QVAERO † nunquid beneficium restitutionis in integrum conductori com petere posſit. & vtique ſic ex clauſula ſaltem generali legiti-
2 me impedito. Vide conductor † carceratus reſtituitur, Iaſ. in l. 2. q. 21. C. de iure emphit. Gigas de penſ. q. 75. item abſens conductor cauſa Reipubli
3 cæ, vel legationis † reſtituitur, nec tenebatur dimittere procuratorem qui expedire potuiſſet. Dec. conſ. 138. col. final. verſic. poſtremo. item infirmus.
4 Ripa in tract. de peſt. † in cap. de priuileg. peſt. nu. 12. Bard. de temp. vtil. & continu. cap. 5. verſi. venitque poſtremo. Redoa. de reb. eccleſ. q. principal. 24. verſi. ſed quod num. 24. cart. 4, 9. in fine.

Circa minores declara non procedere in quatuor caſibus. primo ſi pater vel autor minoris cecidiſſet ſecundo
5 quando læſio eſt talis, † ob quam non reſtitueretur etiam maior. tertio quando locans eſſet priuilegiatus, vt communitas, & minor tractat de lucro captando, & locator de damno vitando. quarto quando minori ſuccurreretur alio remedio. ita in terminis Grat. conſil. 67. vol. 1.
6 † Et in locatione læſa ſcribit Bart. conſi. 63. factum ſic proponitur. Natt. conſil. 517. nu. 3. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conductor an teneatur in fine locationis de arboribus cæſis, vel aliàs deficientibus ſtante conuentione pęnali, vt non liceret incidere arbores.*

2 *Conductor tenetur cuſtodire rem conductam, & curare ne deterior fiat.*

3 *Pęna conuentionalis exigi poteſt ſiue ſit per nomina multiplicatiua, ſiue ſimplicia, ſiue in foro fori, ſiue in foro poli, ſiue in conſcientia, vbi de communi.*

4 *Pęna conuentionalis debetur in contractu locationis, & conductionis quando in inſtrumento eſt adiecta ſtipulatio, & iuramentum.*

5 *Pęna conuentionalis non poteſt exigi in curia mercatorum, vel aliàs, vbi proceditur ex bono, & equo.*

Arborum furtim cęſarum.

QVAERO de facti contingentia, locauit quis prædium, pacto inter cætera quod de arboribus, & vitibus fieret deſcriptio, & in fine locationis per conductorem reſtituerentur, & quatenus deficerent deberent ſolui domino locatori iuxta extimationem faciendam, hoc etiam alio pacto adiecto, quod conductor non poſſet incidere arbores ſub certa pęna conuentionali finita locatione, repeṙiuntur multæ ex arboribus deſcriptis quod defecerunt, & ſic petit eligi extimatores & ſolui pęnam conuentionalem, conductor replicat defeciſſe caſu aeris intemperie, & ſimilibus, & petit audiri. Vtique viſum eſt multis quod
1 licitè locator petat † extimationem fieri, & in ſimul pęnam conuentionalem, non aliter probato caſu per conductorem, ea ratione potiſsimum quia conductor tenetur cuſtodire rem conductam, & curare, ne deterior fiat. l. videamus. §. item proſpicere. l. merces. §. conductor. ff. locat. & quam maxime, quia in caſu noſtro vltra

dispositionem iuris communis obligauit se pacto instrumentali ad deteriorationem, vnde duo vincula magis operantur. l. balista. ff. ad Trebellia. vnde locator habet intentionem iam fundatam & nisi conductor probet casum allegatum, succumbet vt late per D. Bursa. consi. 3. per totũ. vol 1. & circa pęnã conuentionalem recepta est scribent. non sententia, siue sit per nomi-
3 na † multiplicatiua dummodo non excedat quadruplum, siue per nomina simplicia etiam si excedat quadruplũ exigi potest, & hæc communis *opinio, Alex. cons. 3 . nu. . vol. 5. Rebuff. in l. vnic. nu. 143. C. de sen quæ pro eo quod interest, etiã in conscientia. Vasq. Contr. Illust. cap. 2. nu. 16. & de iure Poli & Canonico Alphon. Aluarez in specu. Rom. Pontifi. cap. 7. quicquid dixerit Roma. consi. 51 c. nu 9.

4 † Et si dicatur quod hoc videtur durum quod in contractu locationis possit ex gi pęna conuentionalis ex quo est bonę fidei, vt supra vidimus de materia locationis. Respondetur quod potest quando in instrumento locationis est adiecta stipulatio, & iuramentum. Bursat. consil. 3. nu 38. volu. 2. vnde dum dicitur quando proceditur ex bono, & equo non datur exactio pęnę procedit in curia mercatorum, vbi proceditur ex bono, & equo vt per Galiaulam in l. 2. §. item si in facto, nu. 7. ff de verb. oblig.

Vnde posset fortasse inferri correlarium, quod si essemus in curia mercatorum, vel alia vbi agitur ex bono, &
5 equo, & ageretur † ex locato fortasse non daretur exactio pęnæ conuentionalis stante bona fide contractus, & iudicij, & licet non simus in curia mercatorum, tamen potest esse causa ex æquitate cognoscenda virtute rescripti, & commissionis cum clausula sola facti veritate inspecta, ad not. per Pedemon. decisio. 1. vel ex forma statutorum, & iuris municipalis.

SVMMARIVM.

1 *Conductor equi eundo per aliam viam, per quam promiserat tenetur furti.*

2 *Quid si crediderat dominum permissurum, & quomodo credulitas ista probetur.*

3 *Declaratio ad gloss. in §. aliæ, instit. de act. vt non procedat quando contra iurantem sit præsumptio iuris.*

Furtis.

1 QVAERO † conduxi equum ad vecturam pro eundo Romam, & iui Florentiam nunquid teneor furti? Vtique sic. l. si vt certo, §. denique. ff. commod. l. si furtum. ff. de condict. furt. l. qui iumenta. ff. locat.

2 † Declara nisi crediderit dominum permissurum, quæ credulitas in actu practico est iustificanda per allegantem cum habeat præsumptionem contra se, puta quod res sit solita locari, & ad vecturam dari, quod concedens sit amicus, & similia. Bart. in l. inter omnes, §. recte. nu 9 ff. de furt. vbi Ange. dicit vnum dictum, satis ni fallor durum, quod est furtum, si vtar pluribus diebus vltra conuentionem, nec audiretur allegando credulitatem, secus si eat ad alia loca fortasse remotiora, & Bart. sequitur Augu. ad Ange. in verbo vestem. nume. 34. Marsil. in l. quæstionis modum. nu. 37. ff. de quæstio.

Iacob.

Iacob. Meno. de arbitr. Iud. libr 2. cent. 1. cas. 9.

3 † Ex quibus correlarie habes limitationem ad glos. sæpe allegatam in practica in §. aliæ. Instit. de act quod in his quæ pendent ex animo stetur iuramento quia limitatur nisi contra iuramentum sit præsumptio iuris quid probare debet. vt per Bart. vt supra sequitur Marſ. conſ. 9. nu. 36. Natt. coſ. 230. nu. 6. lib. 1. Cravett. conſ. 225. nu. 9. conſ. 271. col fina.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui per imperitiam male indicauit, tenetur ad intereſſe, vbi quale ſit, & de communi.*

2 *Quid in arbitro ex forma ſtatutorum vbi de communi.*

3 *Limitatio ad l. diem. §. ſtari ff. de arbtr.*

4 *Quid in arbitratore.*

5 *Quid ſi pars potuit appellare ſed non facit.*

6 *Quid ſi ſententia per imperitiam lata fuit confirmata per tres conformes.*

7 *Quid in Iudice ſequente ſcienter conſilium iniuſtum.*

8 *Quid in medico imperito.*

9 *Quid in aliis Artificibus.*

10 *Quid in Notario.*

11 *Quid in Agrimenſore.*

12 *Quid in Iudice in conflictu opinionũ.*

13 *Quid in Iudice qui poterat iudicare ſuo arbitrio*

14 *Quid in Iudice qui tenetur omnino ſequi conſilium ſapientis*

15 *Quid in Iudice imperito Iudicante de conſilio Aſſeſſoris*

16 *Quid in Aduocato per imperitiam aduocante*

17 *Iuramentum in litem locum habet in caſibus predictis.*

Variis & extraord. Cognitionibus.

CONDVCI (vt ita loquar) ſolẽt Iudices, medici, aduocati & alij artifices p certa mercede & per imperitiam, male aliquid faciunt licet ſuper ſim aliquid dixerim, aliqua ſeparatim ponã in præſenti rubrica ad l. imperitia. ff. de regul. iur.

1 † Prima ſit concluſio. Iudex qui per imperitiam male iudicauit tenetur ad intereſſe non in ſolidum ſed in quantum facere poteſt niſi imperitia ſit ex lata culpa, quia tunc in ſolidum tenetur. Bartol. in l. final. de extr. cognit. in ſua diſputatione, 9. Iudex. Bal. in cap. 1. §. Iudices. de pace iuram. firm. in l. filiusfam. in princ. ff. de donat. Boer. q. 153. nu. 32 Dec. in l. 1. §. hæc autẽ. nu. 3. ff quod quiſq; iur. & hæc eſt communis * opin. & Boſ. de offic. corrupt. pecun. num. 22. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. q. 83. verſ. Iudex.

2 † Secunda ſit concluſio. Arbiter qui per imperitiam male iudicauit, tenetur parti ad intereſſe, & eſt * communis opinio. Curt. iun. in l. final. nu. 11. C. de pact.

3 † Ex quibus infertur limitatio ad l. diem. §. ſtari ff. de arbitr. vt procedat inter ipſas partes, ſecus contra arbitrum inique vel imperite iudicantem. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. nu. 5. C. de pact. Iacob. Meno. de arbitr. Iudic. centur. 4. caſ. 339. ſub nu.

4 † Tertia ſit concluſio, Arbitrator qui per imperitiam male iudicauit tenetur ad intereſſe. Dec. in l. fi. nu. 15. de pact. Lãfranc. de arbi. par. vl. q 3.

5 † Quarta ſit & valde notabilis concluſio. Iudex per imperitiam male iu-

dicans tenetur parti ad interesse quæ potuit appellare, recurrere vel suppli care & non fecit. Socin. id summopere commnendãs, cons. 24. col. 3. lib. 1. Bar bat. cons. 1. col. 1. & 2. lib. 1.

6 † Quinta sit etiam notabilis conclu sio Iudex arbiter, vel arbitrator adhuc de interesse si tenentur etiam si eorum sententia per alias conformes fuerit confirmata. Bal. in l. obseruare. q. 28. de offic. procons. Calca. cons. 1. col. 5. Dec. in c. sepe nu. 10. de appell. Mar si. late hoc extollẽs sing. 64. Iudices.

7 † Sexta sit conclusio, Iudex scienter sequendo cõsilium sapiẽtis iniustum dicitur iudicasse per imperitiam & te netur parti ad interesse, debuit enim spernere. Batt. in l. si conuenerit. ff. de re. iudi. in l. 1. §. si plures. ff. de exercit. Roma. cons. 22. Soci. cons. 63. num. 9. & 10. lib. 1. Scala Patau. de cons. sa pient. lib. 4. cap. 26.

8 † Septima sit cõclusio. Medicus qui per imperitiam aliquem ledit tenetur ad omne interesse l. illicitas. § sicuti de offi. presi. Fel. in c. tua nos. de hom.

9 † Octaua si conclusio, quilibet arti fex asserens se peritum, etiam capra rius, & alius mechanicus custos de im peritia tenetur. l. si quis fundum. § cel sus. ff. locat. l. item quæritur. §. si gem ma. ff. ad l. aquil. Din. in regul. non est sine culpa. nu. 5. lib. 6. Aret. ad §. præ terea instit. de obligat. quæ ex qua de lict. vidi in facto in asserente se peritũ in medendis morbis mulis & equis, quos quandoque inutilibus medica mentis deteriorauerunt.

10 † Nona sit conclusio, Notarius tene tur contrahentibus ad interesse si in in strumento per eius ignorantiam vel culpam aliquid sit omissum, vel appo situm quod non deberet apponi. Bal. in l. final. de eden Alex. Ias. & alij in l. argentarius. § . cum autẽ ff. de edend. Tass. de erro no. c., vbi vult quod est presumptio iuris & de iure vt notarius nõ ignoret ptinẽtia ad eius officiũ, ob id non admittitur pbatio in cõtrariũ.

11 † Decima sit conclusio sed negati ua. Agrimensor licet imperite versa tus fuerit non de aliquo tenetur nisi fuerit in dolo vel lata culpa. l. 1. §. hęc actio, ff. si mens. fals. mod. dixer.

12 † Vndecima sit conclusio sub se cunda negatiua, Iudex in conflictu va riarum opinionum per imperitiam forte male iudicauit non sequendo me liorem; excusatur. Bal. in cap. 1. §. iudi ces nu. 4. de pac. iuram. firm. in l. ob seruare §. proficisci. q. 30. de offic pro cons. Neuiz. in Silua li 5. nu. 3. Cora. de* comm. opin. li 2 titul. 9. cas. 3.

13 † Duodecima sit conclusio, sed ter tia negatiua. Iudex qui ex suo arbitrio causam iudicare debet excusatur ob imperitiam nisi iudicasset cõtra cõsue tudinem. Bal. in d. §. Iudices nu. 5. Ia cob. Menoc. de arbi. Iud. lib. 2. centur. 4. cas. 339. nu. 21.

14 † Decimatertia sit cõclusio. Iudex qui ex partium conuentione, vel statu ti dispositione sequi debet omnino sa pientis consilium excusatur propter imperitiam. Bart. in l. si cõuenerit nu. 9. de re iudic. vbi admonet in practica Iudices. vt in instrumento imponatur iudici necessitas sequendi illud consi lium vel, verba statuti pręcise cogẽt. Calca. cons. 82. Scala de cõs. sapien. c. 26. lib. 4. Vnde Iudex circumspectus dum partes petunt causam remitti ad cons. sapientis si videt statutũ præcise nõ cogere ad sequẽdũ, operetur vt par tes in instrumento id apponant, & ex cusabitur. quia litigantes inquieti & anxio-

anxiosi petunt consilium & forte illis quandoque damnosum.

15 † Decimaquarta sit cõclusio, iudex imperitus iudicans ex consilio sui assessoris à Principe, vel publico electi excusatur. Bal. in l. fin. nu. 7. de pęna iudic. qui malè. Dec. in l. 1. ff. quod quisque iu. Boss. de official. corrup. nu 27.

16 † Decimaquinta sit conclusio, aduocatus malè consulens, & causam defendens ex imperitia tenetur ad interesse, vt post Hostiens. tradit Gramma. in §. 1. nu. 11. instit. quib. ex cau. manu. non licet. Dec. & Cagnol. in l. consilii. ff. de regul. iur. Coras. de commu. opin. tit. 2. nu. 9. inspect. 2. nu. 8.

17 † Decimasexta sit conclusio, contra Iudices, & alios imperiti operantes iuratur in litem, Alex. ad Bar. in l. fin. ff. de var. & extra cognit. vbi habes notabilem apostillam tanti doctoris, Ias. in l. si quando nume. 45. & ibi Plot. §. 9. nume. 15.

S V M M A R I V M.

1 *Promittens cõstruere, vel reficere opus ruinosum infra terminum conuentum, si non reficiat in tempore, & opus corruat, tenetur ad integrum damnum.*

2 *Ampliatur, vt procedat etiam si cessauerit, vel per dolum, vel per culpam.*

3 *Intellectus ad l. si merces. §. qui columnam. ff. locat.*

4 *Promittens reficere opus ruinosum infra terminum conuentum tenetur etiam ad pretium rerum in domo ruinosa amissarum.*

5 *Promissor operis ruinosi non tenetur ad damna incursa, vel lucra cessantia ferè inopinata.*

6 *Conductor operis ruinosi excusatur stante legitimo impedimento, & fit remissio mercedis.*

Inobseruantia conductoris.

QVAERO cum erudito Caballino in suo polito, & elegãti tractatu de eo, quod interest sub nu. 181. pater fam. habet domũ, quæ ab vna parte minatur magnã ruinam ita vt egeat celeri refectione pro conseruatione totius domus ostendit fabro murario, qui certa conuenta mercede promisit, infra tres dies bene fulcire, & infra mẽsem locum bene refectum relinquere, nõ fecit, vel imperite fecit, vnde domũ corruit, & maximum damnum passus est paterfamilias, cum enim posset refici ab initio pro decẽ ex post facto vix poterit pro quinquaginta. Nunquid tenebitur cõductor ad integrũ damnũ?

1 Vtique † erudite concludit quod teneatur ad integrum damnum, ex quo non opera tantum promissa fuit, sed in tempore, ac etiam videtur promisisse peritiam, fidelitatem, & diligentiam, & vtique pater fam. cum alio contraxisset nisi ille in tempore se facturum promisisset.

2 † Ampliatur, vt procedat siue cessauerit per dolum, siue ex culpa, & negligẽtia, & hoc propter subiectam materiã, & necessitatem imminentis periculi, vnde tenetur etiam de leuissima culpa per l. si merces. §. qui columnam, vbi Castren. not. ff. loca. Aret. in §. penult. instit. cod. tit. & sentire videtur Cabal. in allegato loco, vbi ad intellectum. §.

3 qui columnam, † sentire videtur vt nõ requiratur hęc qualitas quod quis asserat se peritum prout Castren. ibi not. sed quod opus quod suscipitur, requirat exactissimam diligentiam ratione imminentis periculi licet extra artificium occurrat.

Ampliatur secundo vt non solum teneatur ad refectionem pristini edificij vel eius † extimationem sed etiam
4 ad res quæ erant in domo ruina amissas per l. si seruus seruum. §. si quis insula. ff. ad l. aquil. arbi. boni uiri. vt ibi not. attenta qualitate casus, & facti.

5 † Declaratur, vt non teneatur ad damna incursa, vel lucra cessantia ferè inopinata, putá si pater fam. domum hanc alicui locauerat, & tali die sub certa pena tradere promiserat, in quā ob præfatam fabri murarij culpam incidit, de qua supra vidimus tit. . . . & tradit Caball. in eod. tract. nu. 179.

6 † Declaratur secundo stante legitimo impedimento, quia faber ad nihilum tenetur, sed fit remissio mercedis. l. si vno. §. vbicunque. l. si fundus. ff. locat.

SVMMARIVM.

1 *Remedium. l. fin. C. de acquir. poss. non datur colono, vbi de magis cōmuni.*
2 *Quid si possessio non est amissa non per negligentiam sed studiosè alij tradita, vbi de communi.*
3 *Quid si colonus deserat possessionē animo non reuertendi, & alter occupat.*
4 *Quid in causis beneficialibus.*
5 *Quid si colonus recognouit in dominū aliquem virtute necessaria, puta ad iudicationis. vel decreto Iudicis.*
6 *Colonus, vt præiudicet domino in sua possessione, quæ, & quot requirātur.*
7 *Quid si colonus post alienationem factam soluat pensionem domino.*
8 *Quid si vendat, postea ab eodem emptore conducat.*
9 *Domino quot modis, & casibus succurratur in possessione interuersa per colonum.*

Recuperanda possessione

QVAERO an colonus vel conductor domino suo in possessione præiudicare possit ad materiam. l. final. C. de acquir. possess.

1 † Et vtique non, & datur remedium d. legis quod est recuperandæ. & hæc est magis cōmunis * opinio teste Ripa, in rub. de interdict. nu 6. Grat consil. 40. nu. 5. cons. 75. nu. 1. lib. 2.

Quid si possessio non est amissa per negligentiam coloni, sed studiosè alij
2 tradita? Vtique † adhuc locus est remedio dictæ legis final. is. & hæc est magis communis * opinio. Crauet. cōsil. 235 in princ. Iaco Meno. de recup. possess. reme. 14. sub nu. 17. licet Gra. consil. 69. nume. 2. aliter attestetur, & senriat.

3 † Pone quod colonus deserat possessionem animo non reuertendi, & alter occupet, an eam dominus perdat, vt amplius recuperare non possit? & naturalis perditur ratione occupationis ab alio factæ non ciuilis cuius virtute propria authoritate naturalē apprehendere poterit. Ruin. consil. 127. nu. 18. versi. & nedum lib. 1.

4 † Sed quid in causis beneficialibus puta beneficij possessor beneficium clerico resignauit, hic resignatarius resignanti beneficium locauit, ac ei commisit, vt resignationem publicari curaret iuxta regulam Inno. 8. de publicat. resigna. qui quidem conductor, & resignans hoc nō fecit, sed per semestre in possessione beneficij permansit, sicque tertio iterum resignauit qui possessionem adeptus est, nunquid primus resignatarius recuperare poterit remedio d. l. final. & vtique non vt post alios per Iacob.

Iacob. Menoch. in allegato reme.14.
nume.88.
5 † Et vltra Iacob. Menochium in
suo pleno reme.14. finge vnum quod
colonus recognouit alium in dominū
virtute necessaria, quia tertius fuit im
missus in possessionem ex decreto Iu-
dicis an domino præiudicet, etiam si
dominus sciat? Vtique nō nisi colonus
sit eiectus cum tota familia. Soci. cons.
18 nu.9.vol.1. Dec. consil.108.vol.1.
Gozad. consi.86.nu.10.vol.1. Benin-
tend decisio.93. vbi pulchre loquitur
Bard. de temp. vtil. & cont. cap.18.nu.
7. & notandum est in hac vtili materia
eiectionis colonorum in præiudicium
6 dominorū † quod multa concurrere
debent, & quidem si sint plures coloni
debent eijci oēs, nec sufficit expulsio
multorum. Alex. in l. peregre. §. quib.
ff. de acqui. possess. item quod colonus
eiectus nō fuerit regressus paulo post.
& quod eorum bona fuerint proiecta
extra domum notabiliter voluit Aret.
in l. quod meo. in fine. ff. de acquiren.
posses. similiter quod immissus accepe
rit possessionem omnium, & singulo-
rum bonorum, nec sufficit partis ipso-
rum. Alexand. in l. quod meo in princ.
ff. de acqui. posses. & quod rem tradi-
derint mediante contractu apto ad id,
& vacuam dimiserint præsertim in pri
uando conductorem ad longum tem-
pus qui naturaliter possidet ad fauo-
rem locatorum, vt latè per Bero. q.47.
per totam, & in cap.1. de constitu. nu.
21. vnde in practica eris cautus in cō-
sciendo instrumentum similis immis-
sionis, vt præcisè verificantur prædi-
cta maximè cōtra conductores, & alios
naturaliter tantū possidentes, qui dif-
ficilius tali possessione priuantur. vn-
de si in instrumento dicatur colonos
fuisse expulsos non verificatur condi-
tio quod omnes sint expulsi, quia in-
definita non æquipollet vniuersali in
præiudicium tertij. Bart. in l. omnes
populi, col.20. ff. de iust. & iur. nec suf
ficit qđ dicat instrumentum qđ acce-
perunt possessionem infrascriptorum
bonorum, sed quod ingressi fuerunt
dicta bona, & quamlibet eorum par-
tem eundo per totum terrenum. Nec
sufficiunt illa verba, quæ omnia bona
& c. quia possunt verificari in parte,
vt per Bero. in allegata q.47.
7 † Sed pone vnum quod colonus
post alienationem in alium factam ad-
huc domino pensionem soluat præiu-
dicabit ne domino in sua possessione?
Vtique sic ita tradit per illum textum
Castrens. in l. Pomponius. ff. quibus
mod. vsufruct. amitt. dicens hunc ca-
sum esse valde singularem, & in pra-
ctica mente tenendum. vbi etiam
subdit quod si colonus, vel conductor
8 vendidit alteri † rem meam, postea
conduxit ab eodem emptore, & mihi
pensionem soluit, non priuat me pos-
sessione isto casu, quia adest ficta
traditio tantum dicens hunc etiam ca-
sum summopere notandum. per tex-
tum singularem secundum eum in l.
quamuis. §.1. ff. de acquir. posses.
9 † Et nota quod domino tribus mo-
dis succurritur, aut loquimur ante-
quam ius locatoris perdatur tempo-
re, & succurritur remedio. d. l. finalis.
aut postquam perditum est, & tunc
agit ad interesse contra conductorem.
Item in subsidium potest restitui ad-
uersus emptorem, ita practica te docet
Specul. in tit. §. nunc aliqua. & de præ-
script. versic. pone colonus &c. vnde
cautus eris in practica in eligendo re-
mediū competens ad fauorē locatoris.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locator non tenetur de vitio operis si locat in singulos dies, aliàs tenetur.*
2 *Locator an teneatur de vitio rerum locatarum.*
3 *Distingue, vt ibi.*
4 *Declaratio ad l. sed addes. §. 1. ff. locat. vt non procedat in foro conscientiæ.*
5 *Conductor operis tenetur reficere partem quæ corruit expensis locatoris, & restitui ad integrum tempus.*
6 *Medico an debeatur nouum salarium si iterum curet infirmum, distingue vt ibi.*
7 *Periculum rei locatæ an spectet ad locatorem, vel conductorem, & quando.*
8 *Conductor operis non liberatur faciendo partem.*

Vitio operis.

1 QVAERO † an conductor teneatur de vitio operis, vel locator? Et vtique locator non tenetur si operas in singulos dies locat, aliàs tenetur. l. ea lege. §. locaui. ff. locat. quem ad hoc dixit singularem Bar. singular. 122. qui locauit. Roma. singular. 31. & consi. 297. in casu. Cremens. singular. 81. vbi rationem reddit quia videtur dietim approbatus, Iacob. Meno. de retin. possess. remed. 4. nu. 14.

2 † Quid in rebus vitiosis. Distinguũt Doct. in l. sed addes. §. 1. ff. locat. aut quis locat vasa vitiosa etiam ignoranter, & tenetur ad interesse, nec ignorantia eum excusat, † aut locantur pascua vbi erat herba pestifera. & non tenetur locator. Bart. in l. in rebus. §. item qui in fine. ff. commod.

3

4 † Declara quod textus in l. sed addes §. 1. dũ loquitur de vasis vitiosis ignoranter locatis non procedat in foro conscientiæ. Angel. in verbo locatio, num. 24.

5 † Adde etiam quod si conduxi domum construendam, & pars operis corruit quod conductor debet reficere expensis locatoris, & debet habere integrum tempus ad conficiendum ita no. Bar. in l. maritus. ff. locat.

6 † Inferens ad. q. Ioan. Andreę in regula contractus in mercurial. si medicus liberauit aliquem à podagra, si superueniat ex eadem causa, & non liberatur, si ex diuersa, & debet habere nouum, & integrum salarium, & in dubio præsumitur ex eadem causa, si de proximo superuenerit, aliàs non, vt ibi per eum, disputauit late Brixiens. q. 73. medicus quidam, Alber. in l. contractus. num. 7. ff. de reg. iur. Bald. consi. 255. lib. 3. Tiraquell. late de caus. cessan nu. 178. & de reuocand. dona. nu. 180. in verbo susceperit liberos.

Et nota hanc materiam huius quæstionis, quia sępius tibi occurret in facto, & vidi euenire quod quidam conduxit fabros murarios ad domum ædificandam, fecerunt fundamenta in terra non stabili fuerunt condennati ad iterum reficiendum.

7 † Et ob id circa locationem operis distingui solet, si locatur opus faciẽdum sicut perfecta periculum iam est locatoris, si opus fuit approbatum, si opus non fuit adhuc perfectum, aut periculum venit vitio soli, & periculum est emptoris, & tenetur soluere conducto ri integram mercedẽ, aut vitio operis, vel culpa cõductoris & tenetur etiam de leuissima si suscepit periculũ, aliàs de leui tantum, & tenetur ante quam approbetur,

approbetur, vel mensuretur, si opus est datum ad mensuram. Bar. in l. fin. ff. locat. Castrens. in l. opus. ff. eo. vbi etiam subdit quod si periculum eueniat simplici casu fortuito, si erat opus quod veniat approbandum, & potest ostendi, & tunc periculum est locatoris, aut nõ erat in forma debita, & periculum est conductoris.

8 † Et tenetur cõductor perficere opus cõductum, nec liberatur faciendo partem, & datur integrum tempus ad refectionem operis quando pars corruit vt not. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. oblig in l. 2. ff. eod. & in l. Martius. ff locat. & ad materiam, l. opus vide Paris. consi. 37. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conductor est ante omnia restituendus aduersus locatorem.*
2 *Conductor ex iusta causa potest reiicere locatorem.*
3 *Conductor habet iustam causam reiiciendi locatorem ratione melioramentorum, vel temporis non finiti, vel molestiæ tertii.*
4 *Conductori succurritur per cautelam quod ipse offerat restituere cui de iure.*
5 *Libelli cõclusio qualis esse debeat in materia l. conductores. C. locat.*
6 *In remedio l conductores quæ sint principaliter in processu tractanda.*
7 *Remedium l. conductores, an habeat locum contra hæredem conductoris.*
8 *Remedium l. conductores, an habeat locum contra conducentem ignoranter rem propriam.*

Conductore recusante.

QVAERO principaliter de conductore qui finito tempore cõductionis recusat restituere rem conductam, eo enim ipso quod restituere negat conductor, locatorẽ spoliare dicitur, vnde ante omnia est † restituendus. l. conductores, cum mater 2. C. locat. l. non ab re. C. vnde vi.

2 † Iusta tamen causa excusat conductorem non restituentem, prima sit quia velit rem retinere ratione impensarum in re conducta factarum, † de quibus supra vidimus q separata, secunda sit causa non restituendi si dicat conductor nondum finitum esse locationis tempus, & pensionem debito tempore fuisse solutam, & ita ista duo copulatiue requiruntur nec vnum tantum sufficit, vt per Salicet. in d. l. non ab re. Iacob. Meno. de recup. possess. remed. 11. nu 22. vbi tertiam quoque iustam causam esse dicit, vt à pęna. l. cõductores, excusetur si conductori à tertio molestia inferatur ne rem restituat

4 offerendo restituere cui de iure, & protestando quod per eum non stat, & ita vidi in iudicio practicari, excusatur etiam si insistat ex alia causa quàm locationis. Cepha. consi. 328. num. 56. part. 3. licet pro alia causa non detur semper retentio. Curt. Iun. consi. 122. & Soc. Iun. consi. 56. nu. 8. vol. 2.

5 † Et si dicatur quæ erit conclusio libelli in practica, l. conductores. Peto Caium conductorem prędij mei condẽnari ad illius restitutionem, & si fuerit contumax vsque ad sententiam peto ipsum condemnari ad ipsius rei extimationem cum ipsa re, ita Bart. in d. l. non ab re. nu. 2. quam ibi Angel Salic. & alij, sequuntur. Bal. in l quod tempore. col. 3. vers. secundo quæro. C. de restit. milit. in l. si quis in suo in fi. C. de inoff. testam.

Viso libello in articulis, & termino pro-

probatorio, tria sunt principaliter de-
6 ducenda, scilicet, locationem vt per Bald. in d. l. non ab re. nu. 8. Possessionem locatoris tẽpore locationis. Cur. Sen. consil. 7. col. . Grat. consil. 90. nu 14. & 15. lib. 1. Tertium contumaciam conductoris non restituentis, vt textus, & iura expresse dicunt.

7 † Quid in hærede cõductoris an possit agi contra eum ex remedio. l. conductores? Vtique sic in hærede informato, & scientiam habente, prout filius, vel alius qui cum defuncto habitauit, & de gestis per eum notitiam habuit, aliàs secus, vt per Cagnol. in l. neque pignus. nu. 8. ff. de regul. iur. Cephal. consi. 47. num. 40. lib 1. & dixi supra ad aliud propositum. q. 31. Cautus igitur eris in probando scientiam hæredis aliàs non obtinebis. Sebast. Med. in tract. Mors omnia soluit. conclus. 100. num. 18.

8 † Quid in conducente ignoranter rẽ propriam? Vtique ex hoc remedio agi poterit. Alex. in l. si aliquam rem. nu. 95. ff. de acqui. poss. vbi Ripa num. 15. Riminal. consi. 94. num. 16. lib. 1. vbi rationem reddunt quia conductio est nulla, prout supra vidimus.

SVMMARIVM.

1 *Locatori datur iuramentum in litem contra conductorem non restituentem rem locatam.*
2 *Locatoris iuramento probantur damna, expensæ, & interesse.*
3 *Statutum disponens quod stetur iuramento damnum passi non procedit in conductore pro fructibus pendentibus dammificatis, vel ablatis.*
4 *Conductori competit actio contra dominum, vt agat contra damnificantem, vel sibi cedat actionem.*

In litem iurando.

QVAERO principaliter an in cõtractu locationis, & conductionis habeat locum iuramentum in litem?

1 † Prima sit conclusio ex parte locatoris, locatori competit iuramentum in litem contra conductorem non restituentem rem locatam, & eius iuramen-
2 to probabuntur † damna, expensæ, & interesse. gloss. & Castrens. in l. si cui. § fin. ff. locat. Plot. de in litem iurand. § 4. num. 84.

Altera sit conclusio, statutum vel alia lex disponens debere stari iuramẽ-
3 to damnum passi † non procedit in fauorem conductoris pro fructibus in solo pendentibus damnificatis, vel ablatis, poterit tamen conductor agere contra dominum, vt agat contra dam-
4 nificãtem, † vt quod fuerit consecutus sibi restituat, vel actionem cedat, & ex iure cesso agere contra damnificãtem Castr. in l. cum in plures. § meſſem. ff. locat. & in rubr. de nou. oper. nunciat. in fine, Io. de Amic. consi. 75. Plot. de in litem iurand. § 52. num. 21.

SVMMARIVM.

1 *Egidiana locum non habet contra conductorem.*
2 *Limita nisi sit conductor ad longum tempus.*
3 *Appellatio non datur in causa locationis à sententia ex tractionis.*
4 *Causa extractionis conductoris celeritatem desiderat.*

Si

Si de momentanea possessione.

1 QVAERO † Numquid egidiana locum habeat contra conductorem, & vtique non, ita Bal. in l. vnic. num. 8. C. si de moment. poss. sequitur Nicell. in concor. 6. vers. sextus casus. Iacob. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. nu. 8. 5. * & ita est in iudicando tenendum. Cesar Contard. ad l. vnic. C. si de moment. poss. li-
2 mit. 21. vbi in fine sublimitat † in conductore ad longum tempus ex quo possidet, vt supra visum est.
3 † Vide tamen Grammat. decis. 58. num. 15. quod à sententia extractionis in materia locationis, & conductio
4 nis non datur appellatio, quia † talis causa celeritatem desiderat.

SVMMARIVM.

1 *Statuto stante quod coloni non possint deserere culturam nisi elapso tali termino, si fundus efficiatur sterilis, potest colonus ex hac causa fundum deserere.*

2 *Conductor multorum bonorum non poterit vtilia colere, & inutilia praetermittere nisi sit colonus priuati.*

3 *Colonus habens locatorem rixosum, vel molestum habet iustam causam recedendi.*

Statutis.

QVAERO locaui tibi fundum pro certo tempore, vel extat statutum in loco quod coloni non possint deserere culturam nisi elapso tali termino, an possit aliqua legitima causa allegari, vt possit ante tempus recedere.

1 † Prima sit, quando fundus sit effectus sterilis, prout vidi in tenuta castrorum Dolei, & Quadri comitatus Tuderti, quibus in locis per lapsum trium annorum desiccantur boni humores, & radicales terris, & efficiuntur steriles, tunc iuste colono deserere possunt, prout deserunt in graue damnum nostrum, vbi habemus aliqua bona, & ob id condemnamur in expensis, tradendo semen, boues, & alia insolita Bart. in l. 2 nu. 4. C. de agricol. & censit. lib. 11.

2 † Pone vnum quod in facto occurrit locasti multa petia terrarum inter quae reperiuntur aliqua bona, poterit, ne colonus vtilia facere, & inutilia praetermittere. Vtique sic colonus priuati, secus Reipublicae. l. vniuersorum. C. de fund. patrim. lib. 11. vbi not. Rom. in l. si vero. §. de viro in 11. limitat. ff. solut. matrim. vidi in practica saepius euenire casum istum.

3 † Altera sit conclusio, quando locator sit rixosus, molestus, tediosus, & similis qualitatis, Barto. in l. si conuenerit ff. pro soc. Riminal. Institu. qui bus alien. licet, vel non, in princip. Ambros. de Opiz. in repe. l. filiusfam. §. di ui, nume. 107. ff. de leg. 1. Fabian. de Giocch. in repet. authen. nouissima in fine. C. de inofficio. testamen. Crauet. consi. 268. in fine. Bero. consil. 22. nume. 37. volum. 2. * & haec est communis opinio. Capra reg. 109. nume. 17. Iacob. Meno. de arbitr. iud. centu. 2. cas. 171. num. 36. Octau. Sinconcell. de decret. libr. 2. titul. 4. inspect. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

Inuectis, & illatis.

1 QVAERO † de alia practicabili quæstione de inuectis, & illatis per conductorem, vel colonũ an sint tacite obligata pro pensione. & vtique sic. l. item quia. ff. de pact. l. certi iuris. C. locat.

2 † Ampliatur conclusio, vt procedat nedum in conductore, sed in colono partiario, ita tenet gloss. in §. item seruiana, in verbo quis. Institu. de act. vbi Bellon. post * alios dicit hanc esse communem opinionem, & addent. ad Ro. sing. 236. tu.

3 † Ampliatur secundo, vt nedum inuecta sint obligata pro pensione fundi, sed etiam pro deterioratione. Ias. in l. item quia in primo notabil. ff. de pac. * & hæc est communis opinio. Bello. in §. item seruiana nu. 20.

4 † Ampliatur tertio, vt inuecta, & illata possint etiam pro alio debito per locatorem retineri postquam, est soluta pensio. Barto. in l. solutum. §. solutum in fine. ff. de pignor. act. quem sequitur Negusant. & dicit de iure vetio tem in tract. de pigno. in 4. membro. 2. partis num. 19.

5 † Subdeclara hanc ampliationem, vt procedat quando fuit, vel est pro alio debito obligata aliàs non liceret retinere, nisi esset tradita ad hunc finem, vt constituatur ius in illa re, vel retinere vellet ratione expensarum, vel melioramentorum de quibus supra diximus iuxta distinctionem doct. in l. 1 C. etiam ob chirograph. in l. . . C. commo. & in

& in l. si non inducta. C. in quibus causis pign. tacite contrah.

6 † Ampliatur quarto, vt procedat etiã si primus conductor locaret secundo conductori, quia etiam bona inuecta, & illata per secundum conductorem essent tacite obligata pro pensione, vel deterioratione primo locatori. Barto. in l. si in lege §. si colonus. ff. loca. gl. & Bart. in d. §. solutũ. ff. de pigno. actio.

8 † Declara hanc ampliationem pro rata domus qua conduxit secundus conductor à primo, non autem pro tota pensione si totam domum non conduxit. gloss. in l. si gratuitam. ff. de pignor. action.

8 † Declaratur secundo, vt non procedat in secundo conductore qui gratis conduxit. Gomes. in §. item seruiana. num. 15. instit. de act.

9 † Bene verum est, quod licet bona secundi conductoris, qui gratis accepit à primo conductore, non sunt tacite obligata pro pensione, sunt tamen obligata pro deterioratione. Negus. in tract. de pigno. in 4. memb. 2. part. num. 138.

10 † Ampliatur quinto loco etiam si locator prouidisset de speciali hypotheca, quia per hoc non videtur voluisse recedere à generali, & tacita per. l. inducta de inuectis, & illatis. Bald. in l. certi iuris. in fine. C. locat. Faber, & Are. in §. itẽ seruiana. Insti. de act. Ias. in d. l. itẽ quia, in 2. notabili. ff. de pac.

11 † Ampliatur sexto, vt procedat in accessorijs ad rẽ principaliter cõductam puta in illatis, & inuectis in porticum apotecam, horreum, vel aream domus conductæ, gl. in leg. 3. ff. in quib. caus. pignus tacit. contrahitur. Bar. in l. cętera. §. hoc .... ff. de leg. 1.

12 † Ampliatur septimo, vt procedat in rebus semel inuectis, & illatis, quæ licet postea amoueantur non per hoc dicitur præiudicatũ hypotecę, ex quo semel fuit acquisita. Bal. in d. l. certi iuris in fine. Aret. in d. §. itẽ seruiana. col. 1. de actio. Negus. vt supra nu. 142.

13 † Limitatur primo principalis cõclusio, vt procedat absolute in prędijs vrbanis, sed res inuectę, & illatę in prædiũ rusticũ si dominus prędij sciat, & non aliter. Garz. ad. l. item quia. ff. de pact. nu. 18. par. 1. Soc regu. 19. For cat. Necio mant iur ciuil dialog. 17. nu. 3. Alfan. report. 858.

14 † Amplia hanc limitationẽ procedere etiã in fructibus, vt scientia requiratur Negus. vt supra nu. 148. vbi intelligit tam de fructibus naturalibus, quã industrialibus si extant, alias eorũ precium non intelligatur obligatum.

15 † Limitatur secundo dũmodo probetur per locatorẽ, bona fuisse inuecta, & illata, & sic onus probãdi spectat ad locatorẽ. Bar. Bal. & alij in l. si non inuecta C. in quib. caus. pig. tacit. cõtra.

16 † Limitatur tertio, vt nõ procedat in rebus de quibus in l. obligatione generali, cum sequen. ff. de pignor. quia sicut illæ non veniunt in expressa hypotheca, nec etiam veniunt in tacita. Bal. in l. certi iuris. q. 6. C. locat.

17 † Limitatur quarto, vt non procedat in rebus alienis, quia illæ inuectę, & illatę non veniunt in tacita hipotheca, sicut enim res aliena non potest obligari expresse, ita nec tacite. l. neque pignus. ff. de reg. iur. Barto. in l. 1. §. 1. ff. de pignor.

18 † Quid si dominus verus rei illatę, & inuectę sciat rẽ inuectam, & illatã, & patiatur, an sibi præiudicet? Vtique sic Bar. in l. quę dotis. col fi. ff. sol. matr. & hæc est verior, & magis cõmunis opinio.

opinio.testatur Negusant. in tract. de pignor. in 4. membro secundæ partis. nu. 153. cautus igitur sit dominus, ne sibi præiudicet, & protestetur.

Si tamen conductor induxisset rem in qua sibi competeret Publ ciana, vtique censibitur obligata. l. si ab eo. ff. de pignor. Aret. in §. item seruiana, instit. de act. vbi dicit firmissimè tenendum.

18 † Limitatur quinto, vt non procedat nisi in rebus quæ perpetuo sint per mansuræ, aliàs non, hinc postea instrumenta, pecuniæ, merces venales non cēsentur tacite obligatę licet inuectę. Aret. in l. si constante in 3. q. tertię par. principal. versic. item in quantum Bar. ff. solu. matrim. Ias. in l. cert. in 4. q. C. locat. Bello. in §. item seruiana nu 30. instit. de act.

19 † Quid in minorum bonis? hæc est verissima resolutio post Negusant. & alios, aut minor in domum cōductam infert mobilia, quæ seruando seruari non possunt, & dicta bona sunt tacitè obligata pro pensione domus, sine aliquo Iudicis decreto, aut inferuntur bona, quæ seruando seruari possunt, & tunc non intelliguntur tacitè obligata glos. in l. item quia, in verbo illata ff. de pact. & hæc est communis * opinio, vt testatur Ias. in §. item seruiana nu. 57. Io. Sicard. in l. certi iuris. n. 11. Iodoc. Domohuder. in patrocin. pupill. titul. de tutor. & curat. muner cap. 7. nu. 6. Iacob. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 3. num 8. Octau. Simoncell. in tract. de decret. lib. 2. tit. 5. in spect. 2. cas. 2. nu. 18.

20 † Quæ conclusio declaratur nō procedere si creditor dictorum bonorum possessionem haberet, nam posset ea retinere vsque ad quantitatem quam minor vtilitatem habuit. Io. faber in §. item seruiana. nu. 7. instit. de actio.

21 † Limitatur sexto loco principaliter quando esset datus fideiussor. l. plures. ff. in quib. caus. pign. tacit. contra Socin. regul 192. fallent. 2.

22 † Limitatur septimo in inuectis, & illatis per famulum in domum domini, quia illa non sunt tacite obligata pro seruitio. Bal. in l. certi iuris. q. 4. C. locat. Iacob. Menoc. de adipiscend. possess. remed. 3. nu. 145. Scodobius in authen. habita. pag. 42. & in actuario litera A Bonacos. de famulis. q. 1. 8.

23 † Pone quod sit facta tacita recondductio, de qua supra vidimus, an inuecta, & illata remaneant tacite obligata, & vtique tanquam consequens ad reconductionem. Ru in. consi. 78. lib. 1. Afflict. decis. 365. Crauet. consil. 87. nu. 8 Iaco. Menoc. de adipiscend. possess. reme. 3. nu. 358 declarādo vt sup. de renouat. locat. part. 3.

24 † Pone quod accessi ad hospitium, & ibi permansi vna tantum nocte, an mea bona sint hipothecata? Vtique sic, Bal. in l. certi. C. locat. reputat notabile. Petr. Rauen. singul. 71.

25 † Practicando tamen habes ab Angel. cautelam quod si conductor est in mora soluendi pensionem debito, & congruo tempore, quod locator ducat secum notarium, & testes, & per inuentarium omnia existentia reducat in scriptis, & sic securę inuecta, & illata erūt tacitè obligata. Angel. ad l. vtique. ff. de damn. infect. D. Bonacos. in tract. celebri de cautel. litera. L. vers. cautela pro locatore cui &c.

26 † Quid in bobus aratorijs? Bal. in l. legata. l. si non inducta, tenuit quod nō contrarium tenet Specul. de primo, & secundo decret. §. restat videre, versic. scias.

Sed

27 †Sed pulchra erit quæstio à Negusantio ut viderim non pertractata, & in foro quotidie agitata ad intellectũ cap. qui prior est in tempore, potior est in iure, an locator pro inuectis, & illatis præferatur anterioribus creditoribus.
28 distinguendi sunt †duo casus, aut domus, vel res locatur ad habitandum tantum, & tunc non præfertur, aut res locatur ad conseruandum, prout sunt horrea, apothecæ, & similia, & tunc præfertur. Bart. in l. interdum nu. 2. ff. qui potior. in pignor. habean. sequutus est Iaf. in l. item quia sub nu. 2. ff. de pact. in §. item seruiana. nu. 60. insti. de action. decisio. Perusi. 84. part. 2.

SVMMARIVM.

1 *Colonus potest sibi mutare titulum possessionis.*
2 *Declara quando ex iusta causa facta fuisset, & data vera scientia coloni.*
3 *Declaratio ad l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap.*

Si colonus possessionis.

1 QVAERO †an colonus possit mutare sibi possessionis titulum. & vtiq; sic. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap.
2 †Quod est verum ex iusta causa, & data scientia coloni vnde colonus effecti rebellis potest mutare titulum suæ possessionis, si sciat verè dominum effectum, & declaratum rebellem, ita declarat Rui. consil. 147. nu. 10 vol. 1.
3 †Et sic habetur declaratio ad d. §. quod vulgo, vt procedat ex iusta causa, & ex legitima scientia.

SVMMARIVM.

1 *Colonus iudicis præcepto soluens coactus an excusetur.*
2 *Doctrina Bart. ad l. creditor. ff. de solut. an procedat in colono.*

Eo quod metus causa.

1 QVAERO †an colonus soluẽs coactus auctore pretore, & eius iussu excusetur. Vtique non, & doctrina Bart. in l. creditor. ff. de solu.
2 non procedit †in colono sed in alio debitore qui non tenetur domino denunciare, ita in terminis declarat Ruin. consil. 147. in fine. vol. 1.

Practicando igitur defendes colonũ coactum, vt contradicat quantum potest, excipiat, & protestetur, & insuper denunciet aliàs non excusaretur.

Econtrà dominus videat, si ex eadẽ causa fuit coactus colonus, qua sibi debebatur, vel ex noua, vt te docet Ruin. in allegato consilio. cautus etiã erit colonus, vt de solutione coacta legitime constet, nec sufficit simplex assertio iudicis, nisi etiam prędicta concurrant, vt ibi Rui. animaduertit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. si fundum. C. de euict. procedit in contractu locationis, & cõductionis.*
2 *Conducens scienter rem alienam cogitur pensionem soluere.*

Si conductor sciens.

1 QVAERO †ad materiam. l. si fundum sciens. C. de euict. an procedat in contractu locationis, & cõ-
2 ductionis. Et vtique sic †& conductor sciens cogi potest soluere pensionem, Ruin. consil. 147. nu. 15. vol. 1.

M SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conductor qui in fine locationis promisit quid pro certo pretio dimittere, non tenetur si pretium auctum sit vltra dimidium, tempore quo dimissio fieri debet.*

Si pretium augeatur.

QVAERO ad materiam. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcid. c. ducto 1 † in fine locationis, promisit dimittere certũ quid pro certo pretio, quod tempore dimissionis reperitur auctẽ vltra dimidiam numquid cogi poterit. Vtique non quando pretia rerum sint aucta non ex solo cursu temporis sed & casu inopinato qui verisimiliter prę uideri non potuit. Rui. cons. 79. vol. 1. Vnde infertur limitatio ad. l. pretia rerum. ff. ad. l. falcid. vt procedat quando pretia rerum mutarentur & solo tẽporis cursu non ex casu inopinato qui verisimiliter praeuideri non posset.

SVMMARIVM.

1 *Si praecessit instrumentum locationis extensum, & sequatur instrumentũ locationis abbreuiatum cum dictione &c. quomodo intelligatur.*

Tabulariis.

1 QVAERO, † reperitur instrumentum emptionis extensum post instrumentum locationis abbreuiatũ cum dictione &c. quomodo intelligatur. Vtique intelligun. tur repetitę clausulę communis ad vtrumque instrumentum ex quo isti cõtractus sunt similes inter se. l. . . ff. loca. & ita tenet Bar in l. Gallus. ff. idem credẽdũ. n. 3. in fin. ff. de libe. & posth. sequitur Rui. cons. l. 78. nu. 5. vol.

SVMMARIVM.

1 *Colono incumbit onus probandi bene, & sufficienter coluisse fundum iuxa formam instrumenti.*

2 *Fundanti se in negatiua incumbit onus probandi.*

3 *Limita, vt non procedat quando aliquis negat aliquẽ fecisse id, ad quod ipse tenebatur, nam probato quod si bi debeatur, habet intentione m fundatam.*

Negatiua probanda.

1 QVAERO, † locator fundi vult expellere colonum, eo quia nõ coluit fundum, & ad id ostendendum exhibet instrumẽtum locationis in quo promisit colere arbitrio boni viri in forma, numquid sufficiet? Ale. respondit quod sic. cons. 78 visis nonnullis dubitationibus. vol. 4. sequitur Benintend. conclus. 16. & licet quis te-
2 neatur probare † negatiuam fundamẽtũ intentionis suae, tamen hoc non pro
3 cedit quando aliquis † negat aliquem fecisse id, ad quod ipse tenebatur, nam probato quod sibi debeatur habet intentionem fundatam. Bart. in l. in i sn ff de verb. ob. idem tenet Alex. cons 5. & cons. o. vol. 4. Bero. cons. 150. vol. 1. Bursat. cons. 16 . nu. 3 . vol. 2. dec. Perus. 22. nu. 24. par. 1. vbi colonus tenetur probare agrum, & vineas bene coluisse.

SVMMARIVM.

1 *Colonus habet beneficium ne conueniatur vltra quàm facere possit.*

2 *Colonus equiparatur socio.*

3 *Colono non competit beneficium ne conueniatur vltra quàm facere possit quando de debito constat iurato instrumento.*

4 *Item quando debitum est dolose contractum.*

Qui

Qui bonis cedere possunt.

1 QVAERO, † Colonus Partiarius contraxit multa debita cum domino, & tempore solutionis non habet vnde soluat, admittetur ne ad beneficium cessionis, vel beneficiũ ne conueniatur vltra quam facere possit cum socio equiparatur. Fulg. in l. 2 merces. §. vis maior. ff. locat. † tenuit sic, sequitur Ang. in trac. de pactis. col. 3. ver. ad tertium respondeo. Petr. de Vbal. in trac. de duob. frat. par. 10. q. 9. nu. 10. reputat valde notabile Cremens. singu. 15. tu scis, Corset. in ver bo colonus. 2.

3 † Declara nisi de debito constet iurato instrumento, quia propter periuriũ non admittitur. Tolos. q. 258. vbi nec ad cessionis beneficium.

4 † Declara secundo in debito dolose contracto Brun. de cess. bonorum. q. 33 4. q. principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Decime sunt soluendæ per locatorem, vel conductorem iuxta consuetudinem loci, quæ attendenda est.*

2 *Coloni priuilegiatorum, & religiosorũ tenentur ad decimas pro eorum parte, si priuilegium est personale.*

3 *Onus exigendi decimas à colono pertinet ad dominos directos.*

Decimis.

1 QVAERO † Postquam supra vidimus de collectis, & tributis ad quem spectat onus soluendi decimas, dominum, vel colonum? Vtique cõsuetudo est attendenda. Bart. in l. litibus. nu. 1. C de agricol. & censit. li. 10. & adde notabiliter, quod colonus an teneatur cõputare domino decimas quid de religiosis, & damnis, a terras excolendas, an ad eas teneantur Socin. consi. 268. part. 2.

2 † Sed numquid coloni priuilegiatorũ, vt religiosorum, uel aliarum personarum teneantur ad decimas. Vtique pro eorum parte tenentur, si priuilegium est personale, non reale, ita cõcludit Card. in cle. 1. q. 22. de deci. & ibi late de colono censuali, & similibus. Bal. consi. 31. col. 2. vol. 1 Io. de Ami. conf. 18. col. 2. Burs. consi. 25. nu. 3. & 47. num. 14. Feder. de Sen. consi. 71 1. Rol. consi. 61. nu. 13. vol. 4.

3 † Sed pone hic vnum quod de facili euenire potest, an onus exigendi decimas à colonis, & alijs spectet ad conductores, vel dominos directos. Vtique ad dominos directos. Paris. consi. 6. in princip. vol. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Cõductor tutus aliqua exceptione eam non opponendo, sibi præiudicat.*

2 *Amplia etiam si de ea constaret per viã notorij, vbi de communi.*

Exceptionibus.

1 QVAERO † conductor conuentus est tutus aliqua exceptione ea non opposita soluit, an sibi præiudicare videatur? Certe sic ex doctrina Bart. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. 2 vbi hoc ampliat † etiã si de ea constaret per viã notorij, idẽ Bart. in l. enim qui ita. §. qui ita ff. de verb. ob. vbi Ias. nu. 12. dicit hanc esse cõmunem opinionẽ. Are. in §. omnis. nu 4. de act. Dec. in l. non videtur. num. 2. de reg. iur. in proprijs terminis. Cephal. cõs. 584. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominii opponi non potest agenti remedio l. si quis conductionis. C. locat. secus si agatur actione locati, vbi de communi.*

2 *Quid si opponatur alia exceptio inferior dominio.*

3 *Quid si legitime non constat de contractu locationis.*

4 *Quid in conductore rei propriæ ignoranter. vbi de communi*

5 *Quid si conductor offerat se paratum incontinenti docere de dominio, vbi de communi.*

6 *Quid si superuenerit noua causa non restituendi.*

7 *Quid si tertius protestetur, ne restituam.*

8 *Quid si non protestetur simpliciter, sed agat via ordinaria ne restituam.*

9 *Quid si conductor mutauit titulum possessionis.*

10 *Quid si agatur rei vendicatione.*

11 *Quid si notorie constet de dominio conductoris.*

12 *Quid si agatur locati actione. vbi de communi.*

13 *Dispositio l. si quis conductionis, an habeat locum generaliter in omnibus habentibus causam ab agente.*

14 *Conductor an possit cumulare quæstionem dominii, & pensionis.*

15 *Dispositio l. si quis conductionis, procedit quando locatur possessio, secus si res ipsa.*

Restitutione spoliatorum.

QVAERO principaliter quoniã materia l. si quis cõductionis. C. loca. mixta esse videtur cum materia præcedẽtis quęstionis, circa illius materiam pro dicendorum, & dictorum intelligẽtia aliqua vtilia ponam.

1 † Conclusio igitur sit, Agenti remedio l. si quis conductionis. C. locati. non potest opponi exceptio domini secus si agatur actione locati. Bart. in l. non ab re. nu 4 C. vnde vi. Petr. stell. in l. repetit. nu 58. ff. de condict. indeb. vbi post alios rationem reddit ne per hanc exceptionem illudatur locator. Iacob. Meno. de recuper. possess. remed. 11. nu. 35. & hęc est * communis opinio, inter conf. Martian. vol. 1. conf. 81 nu. 33.

2 † Quæ conclusio fortius procederet cum alia infirmior exceptio, ipso dominio obiiceretur, puta hipotecę vel similis. Curt. Iun. conf 12 2, nu. j. sequitur Socin. Iun. conf. 56. nu. 8. li. 2. si enim dominus excipiens non auditur, multo minus qui, habet ius pignoris quod debilius est iure dominij. Declaratur prædicta conclusio vt procedat quando legitime constaret de contractu locationis, † aliàs secus, ita Bart. ad l. litibus. nu. 4. C. de agricol. & censit. lib 11. ad l. si quis conductionis in finalibus verbis, Afflict. decis. 12. Barbat. cons. 50. col. 8. vers. in contrarium, lib. 1. Coras. lib. 3. miscellaneorum Iuris cap. 2. nu. 10 contrarium videtur sentire Machel. patroc. 13 sequitur Borgn. de tutor nu. 151.

3 (3 in margin at "contractu locationis")

4 † Declaratur secundo vt non prodat in conductore qui ignoranter rem propriam conduxit, in quo non vendicat sibi locum dispositio. l. si quis conductionis. Alex. in l. si aliquam rem. nu. 35. ff. de acq. possess. Dec. in l. neque pignus. nu. 4. ff. de regul. iur. Riminal. conf. 94. nu. 16. li. 1. & hæc est * communis opinio. teste Ripa.

Ripa. in d. l. si aliquam rem nu. 15. deficit enim consensus qui contractum locationis perficit.

5 † Declaratur tertio, vt dispositio. l. conductionis non procedat quando conductor in continenti offert se paratum docere de eius dominio. Dec. in l. neque pignus. num. 4. ff. de reg. iur. Paris consi. 53. num. 30. lib. 1. & hæc est vera, & communis opinio, vt per Iacob. Menoc. in 11. remed. Recup. possess. num. 41.

6 † Declaratur quarto, vt dispositio. l. si quis conductionis. non procedat quando superuenisset noua causa non restituendi, tunc enim super illa ante restitutionem auditur conductor. Alber. ad. l. si quis fundum. §. final. ff. locat. quem sequutus est Ias. consi. 158. colum. final. versic. Quinto principaliter lib. 2. Plot. de in litem iurand. nu. 193. secundum primam impressionem.

7 † Sed pone hic vnum in materia. l. si quis conductionis ago contra te remedio dictæ legis cōparet Titius, & protestatur ne restituam, impedietur ne restitutio per simplicem protestationē? Vtique non, Ias. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdar. cogan. per. l. penult. C. deposit.

8 † Pone quod protestetur simpliciter, sed agat via ordinaria contra me ne restituam? Vtique hoc casu audietur. l. bona fides. vbi Bart nu. 3. ff. de. pos. in l. cum alienam. in fine. ff. sol. matri. sed quid erit hoc casu locasti mihi domum alienam quæ pendente locatione est effecta mea, nunquid possim cogi ex dispositione. l. si quis conductionis, rem restituere. vtique non respondet gl. in l. si quis fundum. §. fi. ff. loca. reputat in practica notabile Ias. cōs. 158. col. fi. ver. quinto & c. vol. 2. Plo. de in lit. iurand. 4. 3. num. 84.

9 † Declaratur quinto loco principaliter dispositio. l. si quis conductioni, vt non procedat quando conductor mutauit possessionis titulum, vt quia locator sententia iudicis fuit sua possessione priuatus, & is, cui fuit possessio adiudicata eam ipsi cōductori alienauit, prout in casu, in quo consuluit Ias. in sępius allegato consi. 188. cessat enim tunc locatio, & iustam non restituendi causam habet conductor.

10 † Sed pone vnum quod egi actione rei vendicationis contra conductorem, numquid procedat dispositio. l. si quis conductionis, vt non possit refricari quæstio dominij. Vtique non. Castrens. consi. 90. per totum. vol 1.

11 † Declaratur sexto, vt non procedat quando notorie constat de dominio conductoris. Ripa in l. naturaliter. § nihil cōmune nu. 3. & ibi Coras. in 2. nu. 7. Iaffr. decis. 498. Iacob. Meno. in allegato remedio. 11. nu. 44.

12 † Pone quod locaui tibi fundum, & ago locati poterit ne obicij exceptio proprij dominij ius conductoris. Barto. in d. l. si quis conductionis in finalibus verbis tenuit quod sic, idem in l. non ab re dicens sic excipiendo contractus detegitur nullus, & hæc est communis opinio. Alex. consi. 43. num. 4 lib. . Socin. sen. consi. 287. lib. 2. Grat. consil. 90 in fine libr. . Boer. consil. 1 . nume. 1 . si vero excipit de dominio tertij, & potest, si tertius assistat in iudicio alias non. Mschel. patro. 13. num. 5. dicens hanc esse communem opinionem

Et aduerte in practica quod dispositio. l. si quis conductionis non habet locum contra cōductorē, sed generaliter

ter in omnibus habentibus causam ab agente, ita Angel. ibi in fine dicens perpetuo notandum. Vnde ex hoc habes in practica cautelam, quod quãdo quis timet ne opponatur quæstio dominij quod exprimatur quod agitur remedio l. si quis conductionis, ad auocandam possessionem tantum. ita practicare docet Dec. cons. 28. nu. 3. & cons. 56. nu. 4. vbi reputat in practica perpetuo menti tenendũ. Vtilis est igitur dispositio dictæ. l. in omnibus tenentibus nomine alieno. Contard. ad l. vnicam. C. si de momentan. possess. in ampliat. prima. nu. 75. admonens in practica vt pro isto agatur actione vtili. si quis coductionis.

14 † Pone quod cõductor velit cumulare quęstionem dominij & quęstionẽ pensionis? Vtique non Cin. in l. ædita. q. 8. C. de edem. Bella. decis. 138.

15 † Declaratur sexto vt dispositio l. si quis conductionis, procedat quando locator simpliciter locauit possessionem. secus si rem ipsam. Grat. cõs. 90. vol. 1. admonens te in practica, vt in libello specifices remediũ. l. si quis conductionis, & articuleris possessionem, & quidem coarcettatam ad tempus spolij.

SVMMARIVM.

1 *Res conducta an dicatur deuoluta si aliqui ex hæredibus conductoris non soluerunt, vbi de communi.*

2 *Locator recipiendo pensionem post caducitatem an sibi praiudicet, vbi de communi.*

3 *Heres conductionis, quæ non contrauenit habet actionem contra coheredem, qui fuit in culpa.*

Hereditaris actionibus.

QVAERO de subtili, & practicabili quæstione, de cessit conductor, pluribus hæredibus relictis quorũ

1 aliqui † non soluerunt per biennium, puta an dicatur devoluta quoad omnes. quæstionem hanc mouit glos in l. communi diuidũdo ff. comm. diuid. & appellat questionem sabbatinam & concludit esse deuolutam in totum. cum datio sit in obligatione, quę est indiuidua. idẽ étiã ibi tenet Castrẽs. in suis prelectionibus. idẽ tenet Alex. ad Bart. in l. ftaudati ff. de public. & vectigal. & apostilla ad Alex. in l 4. S. Cato. nu. 30. litera B. ff. de ver. oblig. vbi Alex. dicit esse * communem opinionem in emphiteuta loquendo. & in conductione dicit communem Grat. cons. 67. nu. 23. lib 1.

2 † Quid si dominus locator recipiat pensionem post caducitatem, an sibi præiudicet? Ddistingui solet aut tẽporis pręteriti, vel futuri, primo casu, aut simpliciter, aut cum protestatione, si simpliciter, censetur remisisse caducitatem. est * communis opinio attestat. per Gig. de pens. q. 73. si cum protestatione, tunc non censetur remittere. ut per Gig. vt sup. si de tempore futuro indistincte etiam cum protestatione censetur remittere. est * communis opinio attestata per Ias. in l. si post moram sub num. 4. ff. de eo quod cer. loc. Corn. cons 40. litera B lib. 4. Rui. cons 110. num. 4. lib. 1.

3 Bene uerum est quod † post caducitatẽ iã incursam hęreds conueniuntur pro rata, et ille, qui re vera nõ ĩcurrit habet actionẽ cõtr. cohæredẽ, qui fuit in culpa. vt not. gl. & Castr. in allegata

gata l. cõmuni diuidũdo, & Grat. in d. consi. 67. vbi loquitur in minore cohęrede, qui soluit. & nihilominus incurrit nec restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Conductor offerendo excusatur, vbi de communi.*
2 *Declara.*
3 *Locator stante oblatione quid facere potest, vbi de communi.*

Quib. mod. ius hipot. soluit.

1 QVAERO † vtiliter an in contractu locationis excuset oblatio. Vtique sic. Socin. iun. in terminis dicens hanc esse magis cõ- * munem * opinionem. cons. 6. nu. 18. vol. 2. vnde conductor ad modicum tempus, si vult non expelli, vel conductor ad longum tempus euitare caducitatem offerat, & erit tutus.

2 † Declara, & practica, vt fiat loco, & tempore congruo. item quod fiat realiter, & cum effectu non solo verbo. quo casu licet non consequatur plenariam liberationem, euitabit caducitatem, & non expulsionem. Socin. di- * cens hanc magis communem * opinionem consil. 18. in fine vol. 4. Ias. in l. 2 nu. 182. C. de iur emph. Iul. Clar. in §. emphiteusis. q. . versic pone &c. vnde ex aduerso locator offerat separatum recipere, & protestetur se recipere ne praeiudicet. Viui. lib. 1. communi. opini. in verbo oblatio, dicens * hanc magis communem * opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Locator vel dominus accedere debet ad domum coloni, vel conductoris pro pensione, vel parte fructuum.*
2 *Declara nisi colonus, & locator sint eiusdem fori.*
3 *Fori eiusdem sunt illi qui sunt eiusdem ciuitatis, vel comitatus.*
4 *Colonus obligatus ad portandum ad domum domini intelligitur suis sumptibus, & periculo.*
5 *Colonus consignans famulo liberatur.*

Solutionibus, & liberationibus.

1 QVAERO † conductor, vel colonus sunt discordes cum locatore in solutione, debet ne accedere conductor ad domum creditoris locatoris, vel econtrà. & vtique conclusio est verissima quod debet locator, vel dominus accedere ad domum coloni, vel conductoris. Abb. in cap. significante. nu. 9. de pigno. vbi Barba. nu. 8. Angel. in l. si legatum. nu. 3. ff. de edend. Bart. Alex. Ias. & alij in l. cum filius. §. fin. ff. de verb. oblig. Aret. in §. praeterea. nume. 35. de actio. Duenn. regul. 61.

2 † Declaratur nisi ambo sint eiusdẽ fori, quia tunc colonus vel conductor accedere debet ad domum locatoris cum pensione, vel fructibus. Bald. in l. acceptam. nu. 22. q. 12. C. de vsur. in l. fin. nu. 7. C. de condit. insert. Pet. de Vbal. de duob. frat. q. 14. nu. 15. & ita obseruat consuetudo, vt testatur Bart. in l. in illa. ff. de constit. pecun.

3 † Dicuntur autem eiusdem fori si sunt eiusdem ciuitatis, vel comitatus. Ias. post alios in l. 2. nu. 92. C. de iur. emphiteut.

4 † Et adde quod quando colonus tenetur portare hoc debet esse suis sumptibus, & si periculum contingat, tenetur. Ange. in d. l. item illa, vbi reputat hoc valde notabile.

5 † Et adde vnum quotidianum quod si colonus consignat famulo liberatur. Bald. in l. si mulier. ff. de vsufruct. & sæpius occurrit.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l. quicunque. C. de apocis publicis procedit, & habet locum in contractu locationis, & conducti nis.*

2 *Conductor ostendendo tres vltimas solutiones presumitur retro semper soluisse.*

Triennali solutione.

1 QVAERO † de notabili quæstione an dispositio. l. quicunque. C. de apoch. public. lib. 10. procedat, & locum habeat in colono, vel conductore. & verior est resolutio quod sic. Angel. singulariter in §. scire autem. Auten. de non alien. quem in hoc summopere commendat Ias. in l. 2. col. 56. C. de iur. emphit. Ancha. in cap. potuit col. pen. versi. vnum tamen singulariter. locat. & ibi Imol. col. 23. versic. dicit tamen Petrus. consil. 18. nu. 3. vol. 4. Calcan. consil. 45. in fine. Cassan. in consuetud. fol. 381. Tolos. decis. 225. Cremens. singu. 73. Trigo. sing. 125. vbi omnes hoc summopere commendant, & sequuntur Ant. Gab. lib. 1. de præsumpt. conclus. 11 nu. 4. Io. de Arno. prob lemat. 46. & cômentar. 99. vbi dicit hanc doctrinam esse
2 auream † pro defensione colonorum, & conductorum. nam occurret tibi sæpius in facto, quidam fuit colonus alicuius per annos multos, & annuatim respondit nec valet probare, succurrendum est bonæ fidei, quia non semper vocantur testes in area in diuisione fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Quietatio generalis inter dominum, & colonum an extendatur ad granum, & res mutuatas.*

2 *In verbis generalibus veniunt species de nouo repertæ.*

3 *Proœmium arguit causam finalem.*

4 *Verba generalia restringuntur ad specificata.*

Transactionibus.

SAEPE in facto occurrit quod finito tempore côductionis fiunt quietationes inter dominum, & colonum sub verbis generalissimis quomodocûque qualitercunque de omni eo, & toto, & similibus, occurrit etiam quod dominus mutuauit colono pecunias, granû, & similia, nunquid ista quietatio compræhendet etiam res vel pecunias mutuatas. Duo sunt confide
1 randi casus. Primus † si in loquendo fuit tractatum, & discursum, de pecunijs, & rebus mutuatis, & tunc transactio extenditur, iuxta doctrinam Bald. in l. pactum. q. 16. C. de colla caueant igitur contrahentes ne generaliter loquantur, ne ex effuso sermone in promptum incidant periculum. & in l. sub prætextu. C. de transact. quod in verbis generalibus veniunt species de no
2 uo repertæ. Alter est casus quâdo fuit tractatum de pensionibus, & tûc quietatio extendit vires suas ad specificata,

&

& connexa illis, non ad pecunias vel res mutuatas in terminis Natta conf. 564 vol. .vbi dicit hoc colligi ex pro œmio instrumenti quod denotat causam finalem iuxta doctrinam Bal. in l fin. ff. de hæred. instit. & verba generalia restringuntur ad specificata l. Aurelius. §. ftico de liberat. legat. l. quæsitum. §. 1. de leg. 3.

S V M M A R I V M.

1 *Si penes conductorem reperiatur apocha vel instrumentum locationis non presumitur ex hoc satisfecisse.*

2 *L. labeo ff. de pactis non procedit in contractu locationis & aliis vltro citroque obligatoriis.*

Liberatione.

QVAERO ad materiã l. labeo ff. de pactis, an procedat in cõtractu locationis & cõductionis, ita vt, si instrumentũ reperiatur penes cõductorẽ, p̃sumatur satisfecisse Vtique non ex quo est cõtractus vtro citroque obligatorius, & potest pmanere apud vtrunq; contrahentẽ, & notatius vtriqueedere tenetur, ita declarat Rui. conf. 215. nu. 15. vol. 1.

2 † Et sic habes limitationem ad regulam l. labeo. ff. de pact. vt non pro cedat in contractibus vtroque citroque obligatorijs.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio probatur per instrumentum vel apocam.*

2 *Locatio probatur per testes deponentes de concessione alicuius rei ad certum vsum pro certa mercede.*

3 *Locatio tacite videtur probata ex simplici concessione, probata consuetudine locatoris in specie circa res & personas*

Probationibus.

QVAERO quomodo probetur locatio. Vtique primo per † scripturas publi- 1 cas vel priuatas. vt not. in cap. cum Ioannes de fide instrum. & est notissimum.

2 † Secundo probatur per testes non autem singulares puta, si per prius cõstaret de concessione rei ad aliquem vsum, si testes deponant de numeratione certę quantitatis præsumitur ex causa, præcedenti, & sic locationis. l. Titium ff. de verb. oblig. l. cum quid ff. si cert. pet.

3 † Similiter dicitur probata tacite & præsumptiue locatio duobus concurrentibus, s. consuetudine in specie locandi de personis, & rebus nec suffi cit probasse consuetudinẽ in genere vt pulcre in terminis Rui. cõs. 99. vol. 5. vbi ẽt ponit, an mediator sit idoneus testis in probando locationem & dicit quod non dicens hanc esse communem opinionem, an vnus de numeratione alter de auditu, an duo de auditu in diuersis locis & tẽporibus.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor non cadit à iure francandi propter afflictus non solutos vel pacta non seruata.*

Iure francandi.

QVAERO, cõductor primo vẽdidit post incõtinẽti cõduxit, cum pacto francandi, nũquid cadat à iure francandi, pp̃ter afflictus non solutos, vel pacta nõ seruata. Vtique non. ita post alios Gozad. in repet. l. 2 q 3 . C. de pact. inter. empt. & vend. sequitur Machel. patroc. 7. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Colonus debet ponere semen de suo proprio.*
2 *Quid in colono partiario.*
3 *Quid in bobus.*
4 *Paleę veniunt appellatione fructuum.*
6 *Colonus an, & quando, & quomodo teneatur domino dare medietatem palearum.*
6 *Colonus partiarius non deducit de fructibus sumptus factos.*
7 *Oliuę quomodo sint diuidendę inter dominum, & colonum, considerantur quatuor tempora.*
8 *Glandes quomodo sint diuidendę inter dominum, & colonum.*
9 *Pactum quod liceat domino retinere semina, non excludit quin possit agi ad interesse propter terras non seminatas.*

Paleis, & Oliuis.

QVAERO ponendo vltimam, & fructuoſam materiam fructuum in hoc celebri die sancti Francisci in quo deuotionis affectu rustici, & coloni Tudertini incipiunt sementas.

1 † Prima sit conclusio, colonus debet ponere semen de suo proprio. Bal. in l. 1. quæst. 7. C. pro soc. & singul. 85 per tex. in l. ex conducto. §. si vis. ver. nec supra damnum. ff. locat. Abb. in cap. tua nobis. in .notab. de decim. Petr. de Vbal. in tract. de duob fratr. part. 1. q. 9. colum. 3. pu'cre Natt. cons. 243. vol. 2.

2 † Amplia, vt procedat tam in colono partiario quàm in eo qui nummis colit, vt not. in l. si vno. §. vbicumque. ff. locat.

3 † Et quia cum bobus aratur posui supra tit. de fund. instruc. p. 2

4 † Secunda sit conclusio, Paleæ dicuntur esse, & venire appellatione fructuũ l. si vsufructuarius messem, in versicu. stipula. ff. quemadm. vsufr. amitt. l. final. §. final. C. de seruit. & aqua. Aret. in §. is quem, in fine. instit. de rerum diuis. Roman. singul. 555. Palea, late Bero. in cap. grauis. de restit. spoliat.

5 † Tertia sit conclusio. an colonus teneatur domino dare medietatem palearum, solet communiter ita distingui, & declarari, quod si colonus inuenit paleas tempore, & in principio suæ conductionis, & aluit ex eis boues, & fimum proiecit in fundo, & tunc debet relinquere domino paleas vltimi anni in recompensationem primi, quia colonus debet relinquere fundum eo modo quo inuenit. l. si merces. §. conductor. l. videamus § item prospicere. l. & hæc distinctio. §. final. ff. locat. si vero non inuenit, sed portauit, & letamen proiecit, nec relinquere debet per supradictam rationem, si vero fimum, siue letamen non proiecit, sed vendidit prout multi coloni faciunt, vel potius portauerũt ad proprias possessiones, & paleæ debent restitui domino in totum, & si colonus non colat vnum podere integrum sed fundum particularem tantum, & letamen non proiecit, debent diuidi paleæ quolibet anno sicut alij fructus, si vero letamen proiecisset, ex paleis communibus colligendis compensatio fieri debet arbitrio boni viri, ita tradit Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratr. part 1 1 sub. 9. quæstio. & aduertendum est quod in præsenti materia semper attendenda est consuetudo, tam in ponendo semine, bobus, & diuisione palearum, tam in

in colonis vnius poteris, quàm unius fundi, & ita passim respondetur à peritis. & ob id in præsenti materia succedit quarta conclusio † quod colonus
6 partiarius non deducit sumptus de fructibus, sed debent equaliter diuidi, & partiri. Bar. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. in l. fructus. col. 1. q. 3. ff. solu. matrimon. Bal in l. si duobus. §. in co- cunda ff. pro soc.
7 † Quinta sit conclusio circa oliuas, solent à peritis considerari in quibus quatuor tempora.

Primum tempus est quando fit locatio statim, & immediate recollecto, & secato frumento, puta de mense Augusti, vel Septembris prout plurimũ obseruatur & oliua cum eo tempore pendeat, & sit nata, alita, & auita cura, & industria antecedentis, & antiqui coloni, ad ipsum spectare potest, & si colligat, legitime potest, & nouus colonus percipiet in vltimo anno sui laboritij, & si fortasse percipiat in primo anno, & in principio laboritij, non habebit in vltimo anno cum discedit quia, vt supra de paleis dictum est, colonus debet relinquere fundum plenum vel vacuum modo quo inuenit.

Secundum tempus est, quando locatio fundi esset facta oliuis iam perceptis puta de mense Nouembris, Decembris, Februarij, vsque ad mensem Martij, & sic antequam fundus post collectum frumentum incipiat coli, & tunc pro vna cultura frumenti quæ durat biennio, habebit colonos duos fructus oliuarum tum quia bis dicto biennio fructus producit, tum quia fundum relinquere debet finita locatione modo quo inuenit vt dictum est.

Tertium tempus consideratur quã do locatio facta fuit postquam fundus incepit coli vel a domino, vel ab antiquo colono, videlicet de mense Martij vsque Septembris, & antequã seminaretur frumentum, vel bladum, & postea fit locatio nouo colono qui granum in terra culta vel maiesata seminauit, & tunc oliua dicti anni debet diuidi pro rata habita consideratione temporis, & mensuræ ipsius. & similiter si locatio facta fuit nouo colono de mense Octobris antequam fundus sit seminatus postquam est cultus & maiesatus, & tunc cum dicta oliua non pendeat nisi vno mense, vel circa pro rata dicti mensis, & sic pro vna parte & rata anni fiet diuisio inter antiquũ & nouũ colonum, & sic duodecimam partem habebit in circa.

Quartum tempus est, quando locatio facta est de mense Octobris seminato tamen iam grano, & oliuis pendentibus, & tunc sine dubio non spectant ad nouum colonum, sed antiquum, qui laborem, & omnem industriam posuit, ita sentire videtur & practicare docet post alios antiquos per eum allegatos Angel. in suo opusculo pale. & oliu. & Petr. de Vbald. part. 11. q. 9. de duob. fratr.

Et considerandum est, quod prædicta procedunt quando oliuæ sunt in fundo qui colitur pro frumento cuius cultura durat biennio, si autem anno tantum duraret, prout est vinea in qua essent oliuæ, & tunc clarum est, quod sicut vna cultura vineæ est annualis, & anno quolibet percipitur vindemia sicut vindemia diuiditur inter vnum vel plures colonos ita diuidi debent fructus oliuarum eadem ratione & ita dicendum est in fundis in quibus cultura est annualis, vulgo, in Maremma. quia idem dicendum esset in oli-

uis

uis ibi existentibus, si aũt oliuæ essent in siluis, vel in fundis, qui non coluntur, puta, fodi, quibus vtimur pro pastura, vel sunt in extremis partibus uinearum tunc colonus debet habere dimidiam partem oliuarum sicut aliorum fructuum, quia lucrum, & damnum debet cum domino diuidi, & partiri. l. cum duobus. §. in cocunda. ff. pro soc. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. & not. in l. diuortio. §. quod in semente. ff. solut. matrim.

8 † Quæ dicta sunt superius de oliuis procedunt, & intelliguntur in glandibus, & arundinibus, vt per Petr. de Vbal. in allegat. q. 9. vers. eodem modo, & ad materiam vide Feder. consil. 110 Tiraquell. de retract. conuent. §. 5. gloss. 5. num. 17. Bart. q 2. quidam conduxit.

9 † Notandum est etiam quod si colonus non restituit domino terras seminatas tenetur ad interesse pro non seminatis, vel male seminatis, & licet in locatione fuerit appositum pactum, vt liceat domino retinere semina non per hoc excluditur quin agi possit ad interesse, Rui. consi. 88. num. 5. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Coloni in diuisione fructuum inter ipsos debent primo loco detrahere impensas personarum, secundo operas bouum, tertio diuiditur residuum in capita.*

2 *Filiusfamilias & minor debet habere partem in laboritio, & fructibus colonos tangentibus, vbi de communi.*

3 *Filii impuberes debent habere partem fructuum laboritii arbitrio boni viri.*

4 *Colono habenti filios vtiles fieri debet restauratio per fratrem colonum habentem filios inutiles.*

5 *Frater coloni, qui non stetit in laboritio, sed seruiuit alteri, debet habere partem in fructibus laboritii, si communicauit salarium.*

Fructuum diuisione inter colonos.

QVAERO vnum in materia laboritij, satis quotidianũ, facta diuisione fructuum, cum domino locatore oritur discordia inter ipsosmet colonos in diuisione eorum partis fructuum, euenit sępius quod sint duo coloni in capite, vnus habet filios qui continue laborauerunt alter non, quomodo est facienda diuisio fructuum perceptorum in bonis conductis? Tria sunt consideranda, opera bouum, opera personarum, impensæ in semine, messoribus, & alijs occurrentijs.

1 † Primo igitur detrahitur omnis impensa facta ab ipsorum personis.

2 † Secundo detrahuntur operæ bouũ, & si boues sunt ęqualiter communes, communicãtur, residuum diuiditur in capita, nam licet quis sit filiusfam. tamen in hoc labor consideratur, ita tradit Barto. in suo consilio. Cucciarellus. Bald. in l. 1. quæstio. 11. C. pro soc. in l. si patruus. nume. 16. versicu. sed pone. C. commun. vtriusque iudi. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. part. 4. num. 12. & hęc est magis * cõmunis opinio, vt attestatur Alex consi. 77. col. 3. vol 5.

Pone quod filij sint impuberes quid recipere debent? Vtique arbitrio boni viri,

viri. Petr. de Vbal. de duob. fratr. part. 4. nume. 14. Vnde dicebat eleganter Bald. in practicabili casu ad. l. si paterno in fine. C. de neg. gest. quod si sint duo coloni, quorum vnus habet multos filios, & quidem inutiles ob ætatem ad aliquid lucrandum, & alter
4 non habet filios, vel habet vtiles, † & omnibus fuit facta impensa, quod in diuisione debet fieri aliqua restauratio non habenti filios, vt ibi per eum, vbi Paul. Castrens. limitat nisi ille, qui habebat filios haberet curam administrationis domus, & familiæ, quo casu hoc sufficere dicit pro restauratione dicens hunc casum esse inter rusticos, & colonos valde praticabilem, & quotidie occurrere, sequitur Aret. in § actionum. col. 30. instit. de act. Ias. in l. vt nemini. nu. 5. in fine. C. de collat. attestans similiter quotidie in facto euenire, & mirari qđ Alex. in hoc aliquid nõ scripserit, sed vide eũ cõs. 99. vol. 2
5 † Quid si sunt duo, vnus coluit terras conductas, alter accessit pro maiori parte anni ad seruiendum extraneis? Vtique si communicauit salarium acquisitum sibi quoque communicari debet aliàs non. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. part. 4. num. 16. conueniunt enim sępe conductores terrarũ, vt vnus vadat pro famulo, vt succurrat cum eius salario necessitatibus laboritij idem enim videtur ac si laborasset in laboritio.

SVMMARIVM.

1 *Conductor potest purgare moram.*
2 *Emphyteuta purgat moram celeri satisfactione.*
3 *Conductor potest purgare moram etiã stante iuramento, vbi de magis cõi.*
4 *Conductor potest purgare moram infra tempus arbitrio iudicis, vbi de magis communi.*
5 *Locator potest purgare moram pluribus concurrentibus.*
6 *Conductor potest purgare moram pluribus concurrentib. vbi de magis cõi.*
7 *Locator non constituit conductorem in mora, ne è cõtra, nisi impleuerit pro parte sua.*
8 *Conductor ex mora tenetur de interitu, & contra eum perpetuatur obligatio, vbi de communi.*

Mora.

1 QVAERO † Numquid in contractu locationis, & conductionis admittatur
2 purgatio moræ, † & vtique sic, ita in specie tenet Bal. in l. 2. nu. 4. C loca. & facit in simili quod de emphyteuta dicitur, vt celeri satisfactione possit moram purgare, præsertim de ęquitate canonica, cap. potuit. loca. Clar. in §. emphyteusis q. 8. in fine.
3 † Quæ conclusio, non procedit quando in contractu locationis, & conductionis est appositum iuramentũ. Bal. in c. querelam. in fine, de iureiur. Alc. cons. 85. nõ puto, li 1. & cons. 105. col. 4. li. 3. Mars. singul 226. Rip. in c. 2. de rescri. Ias. in l. 2. q. 9. nu. 47. C. de iur. emphyt. Dec. in Auth. qui rem, col. 4. C. de sacros. ecc. Rolan. cons. 6. in fine Redoan. de reb. ecc. non alie. q. principali. 24. ver. sed quod, sub nu. 5.

Contraria opinio est verior, & magis communis, Zannet. de different. iur. cano. differ. 55. nu. 91. Chircho. com mun. opi. centur. 1. conclus. 49 Ceph. cons. 25. Bonacoss. de æquita. cano. cõclus. 9. Anton. Gabr. de transact. conclus. 1. nu. 13. lib. 3. vbi multis modis limitat, & declarat.
4 † Notandum est etiam quod vsque ad

ad quod tempus admittatur purgatio
moræ statur arbitrio Iudicis secun-
dum veriorem,& magis communem
opinionem,vt testatur Ripa in l. si in-
sulam.nu.35 ff de verb.obligat. Dec.
cons.1 9.nu.7.Iul.Clar.in §.emphi-
teusis.8.q.in fine.Iacob.Meno de ar
bitr Iudic.lib. .centur.1.cas.7.in fi-
ne,Bero in cap.potuit.nu.142.locat.
dum personarum & rerum qualita-
tem inspiciendam admonet.
5 † Et notandum est quod ex parte
locatoris admittitur purgatio moræ,
primo si res erat integra,item si erat
in mora modici temporis.tertio nisi fuis
set lis contestata super petitione colo
ni,dicitur autem res non integra, nisi
colonus fuisset in damno,sed tunc lo
cator auditur offerendo solutionem
damni.Castren.in l.si lege.§.colonus.
ff.locat.Rui.cons.65.vol.1.
6 † Item ex parte conductionis si res
non erat deteriorata,nec dominus de
clarauerit amplius nolle stare in loca
tione,quia male se gessit conductor.
item nisi in instrumento ad sit clausu-
la annullautia, vel resolutiua contra
ctus,quę omnia impediunt moræ pur
gationem.Cagnol.ad l. si quis maior
nu.155.Ruin.cons.74.lib.9.Ferrar.
cautel. 45.Dec.cōs.13?.col.2.cōs.
160.dicens hanc esse * communem
opinionem vel n. si in instrumento sit
apposita clausula renuncians &c. Bur
sat.dicens communem cons.84.nu.
6.lib.1.Decis.Perus.10.part. .vbi la
te ponit.vbi declarat cons.Cephal.su
pra allegatum.25.non procedere cō
currentibus omnibus prædictis.
7 † Et non dicitur locator,& è con-
tra constituere in mora locatorem,vel
conductorem nisi impleuerit prius
pro parte sua, Domi.de Rota.per Mo
lxd.decis,218.vel nisi pars contraria
implementū tależiur. r rto. Arg.li.
3 cōtro.Bursa.cōs.101.nu,16.vol.
8 † Et conductor ex mora tenetur de
interitu, & contra eum perpetuatur
obligatio,iuxta not.l.1. quod te.ff.
si cert. petatur. Parcirol. in terminis
locationis dicens hanc esse * commu-
nem opinionem cons.147.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Penitentia habet locum in contractu
locationis,& conductionis.*
2 *Conductor penitens arrham non amit-
tit sed in pensionem computatur.*
3 *Res præsumitur teri ex causa præceden
tis contractus.*
4 *Dominus recipiendo canonem cense-
tur remisisse ius caducitatis. vbi
de communi.*
5 *Arrha consistens in pecunia est compu
tanda,secus si in specie.*

Penitentia cōductoris.

QVAERO an in contractu loca
tionis & cōductionis habeat lo
cū penitentia.exemplū in facto occur
rit.cōduxit quis domū pro certa pēsio
ne dedit arrham post dixit se nolle am
plius vti re iam conducta,& vltimo lo
co habitat rem conductā sciente,& pa
tiēte locatore.finito tēpore locationis
locator vult superhabere arrham nec
1 cōputare in † pēsionē,vtique debet ni
pēsionē cōputare,& potuit cōductor
2 penitere.† ita in terminis cōsuluit Pā
cirol.cōs.31.& facit illa ratio.rē præ
sumi teneri ex causa precedētis cōtra
3 ctus.† gl.& Bat.in l.quędā in fine.ff.
de rei vēdicat.in l. .vers.item debes.
C.de acq.possess. Alex.cons. 9 .sub
nu.4 vers.nec obstat.vol.5 similiter fa
cit qđ dominus recipiēdo canonē cen
setur remisisse ius caducitatis.est* cō-
niu.

mu opinio attestata p. Gig. de pes. q. 7. nu. 3. Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 10. unde si arrha cōsistebat in pecunia est computanda, si in specie est repetenda. Glo. Bal & Angel. in l. 2. C. quando lice. ab empt. disced. Bald. in l. contractus. nu. 17. C. de fid. instru.

5

SVMMARIVM.

1 *Pensio est remittenda colonis tam de iure ciuili quam canonico propter sterilitatem, & graue damnum.*

2 *Sterilitas, & graue damnum quae dicantur, statur arbitrio iudicis, vbi de communi.*

3 *Conductor quid probare debeat, & articulari, vt fiat remissio.*

4 *Testis deponens in causa sterilitatis de publica voce & fama, non probat.*

5 *Sterilitas, & graue damnum quando dicantur, referuntur opiniones multorum & ibi de communi.*

6 *Conductori numquam fit remissio si in loco erat solitum grandines cadere.*

7 *Conductori non fit remissio si sciat fundum sterilem vel periculosum, vbi de communi.*

8 *Conductori fit remissio quando fuit impeditus colligere fructus a mense septēbris in ante, licet alios collegerit.*

9 *Conductori fit remissio pro fructibus separatis nondum in horreo repositis.*

10 *Conductori fit remissio impedito facto tertij locatoris vel casu, vbi de communi.*

11 *Remissio facienda propter sterilitatem iudicis arbitrio statur.*

12 *Conductor compensat fertilitatem cum sterilitate.*

13 *Compensatio fit de vbertate cum annis immediate praecedentibus, vbi de communi, & ibi declaratur quot an-nisint, & quomodo.*

14 *Sterilitas si proueniat ex casu insolito non fit compensatio, sed remissio.*

15 *Compensatio non fit stante aliqua partium conuentione, sed in mera iuris dispositione.*

16 *Vbertas quando dicatur, vbi de communi.*

17 *Practica & modus compensandi vbertatem cum sterilitate.*

18 *Practica, & modus faciendi remissionem in totum vel pro parte.*

19 *Colono partiario non fit remissio.*

20 *In remissione attenditur tempus recollectae.*

21 *Colono non fit remissio si proueniat sterilitas culpa coloni.*

22 *Conductori non fit remissio quando in instrumento renunciauit omni exceptioni, & legum auxilio.*

23 *Pensio numquid sit augenda propter fertilitatem.*

24 *Pensio numquid sit augenda propter alluuionem, vbi de magis communi.*

25 *Fornario conducto ad coquendum panem pro tot in anno, non debetur maius salarium aucta familia.*

26 *Conductori gabellarum, vel tributorum augetur pensio aucto territorio.*

27 *Fundus acquisitus per adiudicationem spectat ad locatorem.*

28 *Pensio an sit augenda si fructus sint valde abundantiores, vbi de communi.*

29 *Conductori molendini fit remissio si casu mate vel inundatione pereat.*

30 *Conductori fit remissio stante etiam precisa obligatione.*

31 *Colonus nummis colens debent respondere in anno sterili vt partiarius.*

Conductor

32 *Conductor vt obtineat remissionem debet implorare officium Iudicis, & insuper renunciare locatori, aliàs non auditur.*
33 *Conductori gabellarum fit remissio propter sterilitatem.*
34 *Amplia si sit dictum per verbum venditionis.*
35 *Conductori qui promisit non petere remissionem nisi in vno casu, non fit remissio, in aliis.*
36 *Limita vt ibi.*
37 *Conductori agenti ad lucrum cessans. non fit remissio: vbi de communi.*
38 *Conductori gabellarum fit remissio, si damnum veniat facto iusto Principis vel Ciuitatis*
39 *Conductori in perpetuum non fit remissio propter sterilitatem.*
40 *Conductori cum pacto francandi, vel cum mentione, non fit remissio.*
41 *Conductor tempore pestis vel belli potest impune abire soluendo pensionem vsque ad illum diem. vbi de communi.*
42 *Quid si adsit iusta causa timoris belli, vel pestis non autem bellum, vel pestis.*
43 *Quid si conductio sit facta tempore belli, vel pestis.*
44 *Conductor cessante bello vel peste tenetur rehabitare, & pensionem soluere.*
45 *Conductor vt excusetur, vbi & quando debet adesse bellum, vel suspitio. idem in peste.*
46 *Conductor potest recedere a domo conducta timore malorum spirituum.*
47 *Conductor volens recedere ex causis predictis, vel belli, quid facere debeat.*
48 *Intellectus ad l. item quaeritur. §. exercitu. ff. locat.*
49 *Conductori, cui est promissa remissio propter pestem, vel bellum, an sit facienda si eueniat post contractum, & ante ingressum.*
50 *Quid si est promissa remissio copulatiue in duobus casibus, & eueniat in vno tantum.*
51 *Colono non fit remissio, nisi absolute discesserit.*
52 *Conductori gabellarum non fit remissio, si pauci transierunt.*
53 *Remissio est facienda conductori quando impeditur vsus rerum, ob quas principaliter est facta locatio.*
54 *Doctor, qui conduxit domum ad legendum, non tenetur ad pensionem, si ex aliqua nouitate non potuit legere.*
45 *Hospiti est facienda remissio propter concursum bannitorum, & militum.*
56 *Conductori molendini fit remissio quando flumen mutauit alueum propter maximas pluuias.*
57 *Conductori fit remissio, si bona confiscantur.*
58 *Conductori fit remissio si imponantur noua onera.*

Remissione mercedis.

QVAERO de alia quotidiana, & practicabili quaestione de remissione mercedis propter sterilitatem, bellum, pestem, & similes casus ponendo aliquas receptas conclusiones ad cap. propter sterilitatem, extra de locat.

1 † Prima sit conclusio. Iure Pontificio & Caesareo constitutum est pensionem colonis remittendam propter sterilitatem, & graue damnorum absque

ſque culpa ipſorum prouenientem. d. cap. propter ſterilitatem. l. ſi merces. §. vis maior. l. ex conducto §. 1. ff. locat. C. eodem locat. Rube. conſili. 153. in fine. Meno. conſil. 27. nume. 16.

2 † Secunda ſit concluſio quæ dicatur ſterilitas, & graue damnum propter quod facienda ſit remiſsio. ſtatur Iudicis arbitrio. Barbac. in ca. propter ſterilitatem. Neuiza. conſ. 90. nu. 15. Io. Lopez in rubr. de donat. §. 11 nu. 12. & hæc eſt * communis opinio. Cotta in ſuis memorabil. in verbo conductor. Rolan conſ. 86. in fine. vol. 3. Soarez in verbo conductor. nu. 219. Burſ. conſ. 11. vol. 1. vnde cautus erit in iudicio procurator per pro
3 bationes teſtiũ † & his ſimiles deducere quot fructus ex predio cõducto fuerint percepti, vt inde Iudex arbitrari poſsit an damnum graue, & intollerabile colonus paſſus fuerit, vt mercedis remiſsio fiat, debet etiam articulari damnum quod prouenit, & quidem graue, aliàs non ſufficeret damnum niſi graue, vt patet in allegato §. vis maior. Rolan. conſ. 86. nu. 4. vol. 1. & notandum eſt in practica, quod ſi teſtis ſuper ſterilitate deponat eſſe publi-
4 cam † vocem in loco non probat niſi addat qualitatem loci, ita in terminis Grat. conſil. 16. numero. 12. vol. 1.

5 † Vnde multi arbitrati ſunt ſi colonus ſoluere non poteſt dimidiam penſionis expenſis deductis tunc damnum graue dicatur. Abb. & Butri. in d. capit. propter ſterilitatem. numero 12. & hæc eſt magis * communis opinio. Iacob. Menoc. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur prima caſ. 76. in fine. Plerique etiam opinati ſunt vt dicatur ſterilitas & graue damnum ſi colonus non colligit dimidiam partem fructuum, qui ex eo prędio colligi ſolent, gloſ. in l. ſi vno in princip. ff. locat. Alex. conſ. 3. vol. 3. & hæc eſt * communis opinio. Ruin. conſ. 81. & 87. lib. 1. Didac. practic. queſt. cap. 30. nu. 2. Natta conſ. 449. vol. 2.

Coadiuuabit etiam aliquantumulum vulgi opinio, Neuiz. conſ. 100. nu. 344. & hæc eſt * communis opinio. Salic. in allegata. l. licet. C. locat. Soarez in verbo cõductor. nu. 220. Grat. conſ. 161. dicens hanc eſſe magis * cõmunem opinionem, Michael Graſ. lib. 1. commun. opin. cap. 14. q. 4 dicens hanc opionionem communem, veram & tutiſsimam. Bero conſ. 141. nu. 1. & 6. vol. 1. Burſat. late conſ. 1 num 14. vol. 1. dicens hanc magis communem opinionem.

Et damnum iudicatur habita conſideratione ad fructus perditos. non ad penſionem. Soci. Iun. con. 78. vol. 2. & vtique debent conſiderari omnes fructus cuiuſcunque generis, non vnius tantum. ita praticare docet Nat. conſil. 479. vol. 2.

6 † Tertia ſit concluſio coadiuuatiua præcedentium, conductori nunquam fit remiſsio propter ſterilitatem, vel grandines, vel tempeſtates, quando in loco erat ſolitum grandines cadere. Alber. ad l. licet, in fine per l. ex conducto §. ſi vis. ff. locat. ſequitur Calcan. conſ. 23. orta guerra. num. 5. verſic.
7 ſecũdo quia, nec † ſi conducat fundum ſui natura ſterilem. Baldus in l. licet. C. locat. Alex. ad Bart. in l. ſi merces. §. vis maior ff. locat. vel con-

ducto: habebat notitiam. Parif. conf. 38. nume. 12. volum. 1. & hæc est communis opinio. Natt. conf. 610. nume. 9. Rimnal. consil. 9. & 33. nume. 10. & 1 5. vol. 1. Neuiz. conf. 90. nu. 1. Calcan. consil. 24. Gozad. conf. 74. nume. 5. Capr. reg. 88. numero 31. Bursat. conf. 11. num. 27. & 30. vol. 2.

8 † Quarta sit conclusio. conductori sit remissio quando fuit impeditus fructus colligere à mense Septembris in antea inclusiue licet alios fructus illius anni collegisset. Bal conf. 434. libr. 1.

9 † Quinta sit conclusio. conductori sit remissio etiam pro fructibus à solo separatis quādo adhuc dum essent in area & non dum triturati, combusti sunt vel asportati. ita eleganter decidit Fulgos. in l. ex conducto ad finē ff. locat. & tamen dicuntur percepti vt in l. antepenult. ff. de rei vendicat. Natt. conf. 284. vol. 2.

† Sexta sit conclusio. quando conductor est impeditus facto locatoris, vel tertij, vel casu, non requiritur quod passus sit damnum in dimidia sed pro qualibet rata parte fit ei remissio. ita notabiliter decidit Flor. l. Proculus. §. fina. ff. de vsufruct. sequitur Firm. in tract. de gabell. par. q. 12. & hæc est * cōmunis opinio, vt testatur Cott. in verbo conductor, dicens hoc esse notandum ad doctrinam Bart. ad l. licet. vt procedat quando damnum contingit vitio fructuum secus ob aliquod impedimentum factum in parte rei locatę. Aret. conf. 1 9.

Septima fit conclusio, qualis esse debeat remissio facienda propter sterilitatem, Iudicis arbitrio statur. Barbat. consil. 21. cola. penult. in princip. lib. 2. Iacob. Meno. de arbitr. Iud. libr. 2. centur. 1. cas. 77. in fine vnde Bart. ad d. §. vis maior. num. 4. considerauit remissionem faciendam in totum computata illa fructuum parte percepta, alij dixerunt fiendam vsque ad dimidiam pensionis, vt si pensio fuerit centum scutorum & conductor percipiat fructus quadraginta scutorum, quod locator remittat vsque ad dimidiam, & aliquid plus, puta vndecim, vel duodecim & sic quinquaginta vnum vel duos in totum.

12 † Octaua sit conclusio. Conductor compensat fertilitatem cum sterilitate, nam in tantum debet lucrari si est vbertas in quantum sustineret damnum si esset sterilitas, quod enim vltra pensionem percipitur, compensatur cum sterilitate anni pręcedentis Cin. in l. ad comparendas. C. mandat. Castr. in l. ex conducto. §. si vis. numero 6. ff. locat. Roland. consilio 86. numero 7. volum. 3. Cephal. consilio 556. numero 16. volum. 4. vbi etiam vult quod si hoc anno est sterilitas fit remissio, & si anno sequenti veniat vbertas datur petitio pensionis remissę.

13 † Et fit compensatio cum annis immediate præcedentibus. Hosticns. in summ. de locat. & conducto. versicul. fit autem, & hæc est * communis opinio. Capr. regul. 88. numero 52. & dicuntur anni immediate præcedentes decem ante vel post, dum modo sub vna pensione contineantur ne dum annus immediate præcedens tantum. vt Moder. Parif. in consuetud. feud. in secunda

da parte §. 62. numero 73. Decis. Rolan. Anto. August. de Valor. decisio. secunda, Bursat. consil. 11. nu. 35. volum. 1. Calcan. consilio 24. nume. 6.

Declaratur secundo, vt procedat quando ambo anni continentur sub vna, & eadem locatione, & hæc est *cõmunis opinio. Capr. commun. opinio. in verbo, compensatio.

14 † Declaratur tertio nisi sterilitas prouenisset ex casu insolito, quia tunc conductor non compensat cum fertilitate alterius anni, sed fit remissio mercedis. Boss. in tract. de remiss. merced. nume. 8. Neuiz. consil. 91. nume. 5. Alba consil. 1. num. 4 Sebast. Med. de compesat. part. 1. quæstio. 45. in fine.

15 † Declaratur quarto vt fiat compensatio in mera iuris communis dispositione, secus stante aliqua partium conuentione, Socin. Iun. consi. 78. in fine. vol. 2.

16 † Notandum est etiam, quod vbertas tunc dicitur quando ex fundo colligitur aliquid non modicum vltra consuetum, puta ex fundo solent percipi triginta, & percipiuntur quadraginta, Salic. ad. l. licet. Quæ opinio * communiter tenetur, testatur Rc do. de reb. eccles. q. 16. versi. sed multi sub num 6.

17 † Et in practica, & foro iudiciario docet Imol. in cap. propter sterilitatem modum compensandi vbertatem cum sterilitate, puta consuetum est ex fundo percipi triginta salmas grani, anno præcedenti sunt perceptæ quadraginta, & sequenti decem, illa decem perceptę in anno de quadraginta, & contribuuntur cum perceptis in anno de decem tantum, vnd sterilitas remanebit in alijs decem tantum.

18 † Similiter practicanda est remissio, si enim colonus deductis sumptibus factis nihil percipit de fructibus fit remissio in totum, ex quo nihil est perceptum, si vero perceptum ascendit ad dimidiam consueti tunc non censetur sterilitas, quia damnum non transcendit dimidiam, si verò perceptum est minus dimidia in consueto, puta de triginta consuetis collegisti decem, & in viginti de triginta fiet remissio, & sic de duobus partibus pensionis, & consequenter solum pro tertia parte soluetur pensio.

Si vero consuetum est principi quindecim puta, & sunt percepta sex, de quibus sex quinque faciunt tertiam partem quindecim soluetur pensio pro tertia parte, & vna salma vltra tertiam partem quinta pars vnius alterius tertiæ in quibus est sterilitas fieri debet rrmissio mercedis, & sic in effectu solum tertiam partem soluet colonus sequitur Bursat. consi. 11. vol. 1.

19 † Notandum est etiam quod prædicta non vendicant sibi locum in colono partiario, vt not. in d. §. vis maior, & præcipue per Barto.

20 † Dices quod tempus erit attendendum in remissione contractus, vel recollectæ? Verior opinio videtur, vt attendatur tempus recollectæ vt per Boss. post alios in titul. de remiss. merced. q. 2.

Considerandi sunt etiam non nulli casus in quibus dominus non tenetur remittere colono propter casũ, & vim

ex casu inopinato. Berta. de gabell. q. 21. part. 2. Brun. de augmen. conclus. 14. & hęc est * communis opinio. Socin. Iun. loquens de conductore gabellarum cons. 68. vol. 2.

29 † Sed quid è contra, Molendinum conductum corruit casmate, vel aquarum inundatione? idem in agro vicino flumini aquis deperdito? Vtique fit remissio, Bald. in l. licet q. secunda, C. locat. Bartol. in l. eotem. §. qui maximos. q. 7. ff. de publican. Alex. cons. 112. vol. 1. & si pro parte inundetur, pro parte tantum fit remissio, Ruin. cons. 65. in fin. vol. 1.

Vidi etiam quandoque dubitari, pone quod colonus, vel cōductor promisit decem corbes frumenti quotcunque fructus colligantur, nunquid, stan-

30 te hac † præcisa obligatione fiet remissio propter sterilitatem. Vtique sic. glos. notabilis in verbo fructus in l. excepto, vbi Salic. C. locat.

31 Et nota in † practica quod colonus nummis colens, in anno sterili debet respondere domino vti partiarius, Bal. in l. licet. q. 1. C. locat.

Similiter notandum est in practica, quod in anno sterili modo quo supra debet comparere conductor & implorando officium Iudicis narrare ste-

32 rilitaté, † & petere remissionem, ita practicare docet Specul. de offic. omni. Iud. §. detrahit. & insuper denuntiare locatori sterilitatem. Carauit. in l. diem functo q. 4. de offic. assess. Parpal. in l. si quis nec causam. §. final. ff. si cert. pet. Port. cons. 143. nu 17. in prædijs inundatis Soci. Iun. cons. 85. vol. 2. Celss. Hugo cons. 18. vol. 2. Burs. consilio 81. nu. 29. vol. 1. Decis. Perus. 50. num. 10. vbi non protestando dicit præiudicare.

33 Quid in † conductore vectigalium vel gabellarum fiet ne ei remissio propter sterilitatem? Vtique sic. Bart. in l. eotem. §. qui maximos. q. 2. ff. de publican. & in questione Publicanus. Alex. cons. 28. vol. 3. Corn cons. 128. vol. 2. Bertac. de gabell. part 2. 25.

34 Ampliatur etiam si in instrumento sit appositum verbum vendidit, nam adhuc est locatio, si precium annuatim soluatur, & hæc est communis opinio. Socin. cons. Soci. cons. 88. col. 2. vol. 1. Alex. cons. 108. vol. 3. Boss. de remiss. publican. num. 6. vbi latissime, & limita iuxta conclusiones præcedentes. & adde Ferret. de gabell. num. 30. Alciat. resp. 76. in fine. Io. de Amic. cons. 142. Bertach de gabell q. 23. & 24. Iacob. Concinn. q. iur. lib. 4. capit. 14. Ant. Gome. var. resolut. ca. 2. nu. 18. tom. 2. Bursat. consi. 81. num. 5. volum. 1.

35 † Quid si in instrumento conductor promisit non petere remissionem nisi in vno casu tantum in instrumento specificato, an videātur exclusi alij, Corn. quod sic cons. 128. col. 2. vol. 2. Cal. cons. 24. nu. 9. Grat. cons. 161. vol. 2.

36 † Limita nisi aliquid sit expressum gratia frequentioris vsus vel casus omissus sit similis expresso, vel militet eadem ratio, Cephal. cons. 257. volu. primo, Bursatt. cons. 81. numero 15. volum. 1.

37 † Quid si publicanus, vel priuatus aliquis conductor non est passus damnum, sed vult agere ad lucrum cessans nū quid habebit locum remissio propter sterilitatem, & vtique non, & hæc est * communis opinio attestata per Paris. consilio 38. numero 12. volu. 1. vbi dat cautelam vtilem locatori, vt locator offerat conductori petenti re-

missionem, recipere fructus & introitus suo periculo & remittere pensionem. Socin. Iun. cons. 7?. nume. 3. volum. 2.

38 † Quid si damnum veniat publicanis facto etiam iusto principis vel ciuitatis. Vtique adhuc remissio est facienda, Ana. consilio 74. numero 2. Iacob. Meno. cons. 27. nu. 53. sed vide, in 9. de casib & periculis in periculo culpa aduersarij.

39 † Quid in conductore in perpetuum? Vtique non fit remissio propter sterilitatem, quia non est verisimile vt in tanto tempore non veniat, nec venerit vbertas. Cin. in l. 1. q. 7. C. de iur. emphit. Natta videndus consilio 49. numero 23. & 33. volum. 1. Neuiz consilio 91. numero 8. & 26. Bursatt. cons. 11. nu. 9. vol. 1.

40 † Quid si locatio est iuncta cum pacto francandi vel cum emptione. Vtique non fit remissio, Moder. Paris. in tract. de vsur. q. 74. nu. 5. 2. facit Cephal. cons. 70. nu. 10.

1 † Altera tempore pestis, & belli sit conclusio, conductor, vel inquilinus tempore pestis vel belli potest impune abire soluendo pensionem vsque ad illum diem quo in habitauit. Ioa. Baptist. à S. Seuerino in l. diem functo quęst. 40. ff. de offic. assess. Hipol. singul. 615. Ferro. in cōsuetud. Burdegal. titul. 8. §. 3. & hæc est * communis opinio teste Ripa in tract. de pest. part. 2. num. 18. sed in practica vix potest obtineri, Alex. ad Bart. in l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. sed rationabilis, & tenenda, Addent. ad Angelic. in verbo locatio nu. 14. litera C.

42 † Ampliatur vltra eos etiam si adesset iusta causa tantum timoris belli vel pestis, quamuis bellum, & pestis non sequantur. Bart. in l. habitatores §. iterum. ff. locat. Roman. in l. parietis, in fine. ff. de dam. infect. & hæc est communis opinio. Alex in l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. Dec. cons. 312. Corsett. in verbo metus. Ploc. in l. si quando. nu. 18. Rimin. consilio 206. vol. 2.

43 † Limita in conductione facta tempore belli, vel pestis, quia sibi imputet cōductor. Cin. in l. si à lege. C. de vsur. Alex. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. possess. Cotta in verbo guerra. vel sciebat imminere, Rol. cons. 9. nu. 25. lib. 1. cons. 52. nu. 28. vol. 2. Aret. cons. 139.

44 † Limitatur secundo, vt procedat durante peste vel bello siue eorum timore, quibus cessantibus tenetur rehabitare vel pro eo tempore pensionem soluere. ita contra Ripam tenet

45 Couarruu. † pratica b. q. cap. 30. sub numero 7. dummodo bellum existat in & super re conducta, secus in alijs Regionibus, vt late per Bursat. consilio 81. vol. 1. vbi tamen tenet quod timor belli potētissimi Regis, vt Turcorum est iusta causa etiam vicinis, quia tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Natta cons. 610. in fine. vol. 3. vbi tenet quod fit remissio, si immineret suspitio pro futuro tempore vsque in finem conductionis.

46 Prædicta omnia procedant † etiam si quis recederet a domo timore malorum spirituum, prout Tuderti euenit. Port. in titul. de locat. in fine. Cagnol. ad l. contractus. nu. 55. ff. de reg. iur.

47 † Vnde ad omnem bonū finē, & effectum, & ad tollendas dubitationes, adueuientibus dictis casibus fit denunciatio à conductore cum oblatione clauium, vt practicare docet cacia-

cialup. ad l.diem functo quest.40.de offi.assis.sequitur Rip.in trac.de pest. par.. nu. 3.commendat viui. in ver. fuga. num. 23.Socin.Iun.consi.120. num. 9.lib.3.Rui. consi.1 7. in fine lib. qui concludit non excusari colonum nisi denunciet.Iac.Meno. de arbitr.Iud.cas. 137. num. 19. declarans

48 textum in l.item † quæritur. . exercitu.ff. locat. procedere in damno habente tractum successiuum.

49 † Et si in instrumento locationis datiorum, vel gabellarum promiserunt locatores remissionem facere propter pestem, vel bellum, quod si pestis eueniat post contractum ante tamen ingressum quasi possessionis datiorum, vel gabellarum, quod nihilominus est facienda remissio. Bero.q.53.

50 † Quid si adsit copula, & puta belli, & pestis, si vnus tantum contingat fiet ne remissio. Vtique sic. Bursa.consi.81.nu.27.vol.1.

51 † Et quod dictum est, limita quando colonus absolute discessisset, secus si retinuisset saltem eius mobilia, vel claues non restituisset. Franc.de Marchi.decisio. 1068. part. 1. & decis.sequenti. Vnde cautus conductor discedens cuacuet domum, claues restituat, vel iure medio deponat, & protestetur.

52 † Quid in conductione gabellarum dic vt supra de remissione ob sterilitatem, & adde quod non fit remissio cõductori gabellarum, si pauci transierunt per territorium. Bal in l.si ea.C. de vsur.

53 † Et notandum est generaliter in practica in materia remissionis, quod ea facienda est, quando impediatur vsus rerũ propter quas videatur principaliter facta conductio. Vnde dicebat Castrens. in facto obtinuisse in l. cum in plures.§ 1.ff. locat. quod ipse

54 conduxit † domum pro habitando & scholas pro legendo, & quia propter nouitatem non potuit legere, ne dum tenetur ad pensionẽ pro scolis, sed nec pro domo, licet vsus habitationis non prohibeatur in se, ex quo principaliter non fuit conducta pro habitando, sed pro legendo, & attenditur quod principaliter agitur, l.si quis nec causam.ff. si cer.peta.& dicit Castrens. quod obtinuit, & principaliores doctores confirmauerunt. Cui adde simile coi filiũ in casu quotidiano per Natt.cons.610. vol.3. vbi excusat hospitem † ad quẽ quotidie accedebant milites & volebant vendi res, & viuere ad eorum libitum, quod potest deserere, & fit remissio, & in partibus nostris Vmbriæ, & comitatu Tudertino fecerunt quãdoque banniti, qui tota die, & nocte insistebãt & licet soluerent debita, tamẽ id quod volebant, & impediebatur concursus aliorum ex timore. Vnde erat iusta causa recedendi.

56 † Quid dicemus in conductore molendinario quando flumen mutauit alueum ob maximas pluuias, an debeat fieri remissio, vtique sic, consuluit Natt.consi.429.vol.2.

57 † Quid si bona confiscantur? Vtique fit remissio. Natt.consi 284.num.10. vol.2.

58 † Quid si imponantur noua onera, & collectæ. Vtique sic. Rui. consil. 77.vol.1.

SVMMARIVM.

1. *Sententia lata contra conductorem an ei noceat vel locatori.*
2. *Intellectus ad. l.si per imprudentiam. ff.de euict.*

re præscribit actioni ex locato, vt iste colonus sit effectus perpetuus, nec teneatur discedere à conductione, secus si responsio fuisset difformis, ita Ang. post alios in allegata. l. male agitur. Crauett. consi. 107. in fine, & hæc est *communis opinio, Rui. consi 61. nu.
5 5 vol. 1. † Declara, nisi de initio causæ & tituli etiam inualidi, & illegitimi appareat, & vbi probetur ex diuersa causa & inualida colonos & cóductores possedisse Rui. consil. 75. vol. 1. & consi. 61. & consi. 156. nu 15. eo. vol. Ancar. q. 24. Bursa. cós. 23 nu. 3. vol. 1.
6 † Quarta sit conclusio, colonus vel conductor non soluens pensionem per annos triginta, & vltra præscribit aduersus præscriptionem præteritam non futuram, Papiens. in forma libelli, quo agitur ad fict. præstat. in glo. sol- u r , rum. 4.
7 † Quinta sit conclusio, colonus, vel conductor obligatus soluere, in vna specie monetæ, vel rei soluendo in alia specie per annos triginta præscribit, nec cogitur soluere in specie conuenta Papiens. vt supra nu. 5. per tex. in cap. olim causam, de censibus.
8 † Sexta sit conclusio, prædicta sunt vera de iure ciuili quod admittit præscriptionem longissimi temporis cum mala fide, secus de equitate canonica Balb. in tract. præscript. in 4. part. 4. partis prin. q. 11. sub nu 3. Cephal. cós. 102. nu. 10. & consi. 40. nu. 5. Anto. Gabr. de præscript. conclus. 1. Crauet. de antiq tem. part. 4. nu. 248. Vil lalob dicens communem in verbo præscr ptio. nu. 205. Couar. in regul. possessor. § 8. nu & 4. gl. 9. nu. 1. Bursat. consi. 3 nu. 2 . vol. 1. Quæ procedit etiam si transit ad hæredes. Soci. Iun. consil. 63. volum. 2. vbi loquitur in locatione ad beneplacitum.
9 † Septima sit conclusio, colonus si domino ignorante vendidit fundum conductum, cuius emptor soluit domino pensionem per annos triginta, præscribit emptor, ex quo h bet titulú, & bonam fidem, sed dominus restituitur ex clausula generali si fuit in iusta ignorantia, Specul. in t tul. de præscrip col. 3. versi. quid si colonus.
10 † Octaua sit conclusio, locatio facta nomine meo, & à me ratificata, impedit præscriptionem, & quatenus incepta sit eam interrumpit. Bal. consi. 13. vers. quarto, vol. 1. vbi si soror mea locauit nomine meo possessiones communes, exceptio præscriptionis triginta annorum per sororem opponi non potest, quia perinde est ac si de mandato meo locasset, quod præsumitur ex ratificatione quę retrotrahitur ante præscriptionem, sequitur Boui. de statut. vrb. præscript. gl. 21. num. 40.
11 † Nona sit conclusio. Colonus vel conductor vendens transfert ius præscribendi in emptoré bonę fidei. Spe. in titu. de præscript. §. 1. gl. in l. nemo. ver. dominij. C. de acq. poss. Socul. in c. cum non liceat. col. 2. de præscript.

SVMMARIVM.

1 *Locator appellatione pendente potest fructus, & pensiones percipere.*
2 *Amplia. 1.*
3 *Amplia secundo.*

Nil nouari appellatione pendente.

1 QVAERO vtiliter † num quid locator seu dominus possit percipere fructus, pensionesque ex re appellatione pendente. Et vtique sic

1 sic † nec attentare dicitur sic ius possess. continuando, gl. fi. post medium in c. non solum de appel. lib. 6. & ibi Fran. nu. 1. Abb. in c. 1. nu. 3. vt lit. pendent. Glo. in c. 2. in verbo innouamus, vt lit. pendent. in clem. Rot. decis. 89. circa medium in antiquis Cassad. decis. 4. de caus. possess. & proprieta. Alex. ad Bar. in l. 1. ff. nihil. inno. appel. pend. litera. D. in fine, pulcre Dec. cons. 107. Bello. consi. 18. nu. 24. Rot. decis. 43. & 44. in nou. & decis. 25. de rescrip. in nou. Manfr. conclus. 16. Bero. q. 120. Herculan. de attent. cap. 3.

2 † Ampliatur etiam si contra possessorem sententia lata sit a qua ipse appellauerit. Ang. in l. si cuius. ff de appella. recipiend. Iaffr. decis. 447. Paris. consi. 39. nu. 3. lib. 1.

3 † Ampliatur secundo, vt possidens ciuiliter tantum possit capere possessionē naturalem appellatione pēdēte de restit. spo. Alex consi. 99. nu. 5. vol. 5. Paris. consi. 172. nu. 10 vol. 4. Mandos. in tract. de inhibit. q. 23.

SVMMARIV.

1 *Argumentum à locatione ad conductionem, & e contrà, an & quando valeat.*

Argumentum.

1 QVAERO † numquid valeat argumentum à locatione ad conductionem, & è contra. Vtique sic respondit Accurs. ad l. si in lege. §. si docens. in verbo statim. ff. locat. hinc arguebat Bal. consi. 325. vol. 3. quod sicut inquilinus, vel cōductor recedens ante tempus sua culpa tenet locatori ad integram mercedem, ita è contra locator remittere tenetur, si eius facto & culpa conductor, vtī nequeant re conducta. Quod procedit militante eadem ratione vel ęquitate. Rolan. ita arguendo consi. 69. nu. 23. vol. 4.

Similiter sicut conductor non cogitur finito tempore in conductione permanere, nec è contra locator, ita arguit Soc. Iun. consi. 56. nu. 7. vol. 2.

FINIS.